De infinitivi usu Aeschyleo.

DISSERTATIO,

QUAM

EX AUCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM
IN ACADEMIA CHRISTIANA ALBERTINA
ORDINIS

PRO SUMMIS IN PHILOSOPHIA HONORIBUS

RITE CAPESSENDIS
UNA CUM SENTENTIIS CONTROVERSIS
DIE II MENSIS FEBRUARII HORA XII IN AULA
ACADEMICA
PUBLICE DEFENDFT AUCTOR

JOHANN KARSTENS.
Colmaranus Holsatorum.

Adversariorum partes suscipient:
JACOBUS SCHNACKENBERG, cand. th.
ERNESTUS KRICHAUFF, stud. phil.
FRIDERICUS CLAUSEN, stud. phil.

KILIAE.
EX OFFICINA C. F. MOHR. (P. PETERS).
1877.

Imprimatur:
THAULOW
h. t. Decanus.

Caput I.

De forma infinitivi apud Aeschylum.

§ 1. Quae olim fuerint infinitivi Graeci formae ostenditur, praemissis paucis de Aeschylo Homeri imitatore.

Nobilis est et celebratus Eustathii locus e commentario in Iliadem composito (Il. Ψ, 256), ubi Aeschylum ait dixisse tragoedias suas frusta (*τεμάχη*) esse magnarum Homeri epularum. Quae verba quoquo modo interpretamur, id certe exploratum atque apertum est, quantum parenti illi poesis Graecae deberet Aeschylum neque ignorasse neque dissimulasse.

Ac nobis quoque facile est ad scrutandum et intellegendum, quam multa ex largo Homeri thesauro deprompserit. Neque enim solum ubi tempora quae dicunt heroica describit vestigia eius secutus est[1], sed etiam genere dicendi multis locis cum eo consentit. In qua dicendi similitudine referenda sunt permulta verba Homeri, quibus Aeschylus vel solus vel omnium frequentissime usus est; referenda est ratio similium et translationum, epithetorum, sententiarum; referendae denique sunt formae grammaticae, velut augmentum in nuntiorum narrationibus abjectum, et multa alia, quae a vulgari dialecto Attica prorsus aliena sunt.

Etiam formas verbales abhorrentes ab Attica lingua, ex qua maximam quidem partem tragicorum sermo compositus est,[2]) admittere non dubitavit, ut opt. III plur. in *οιατο*: *κτιζοίατο* Cho. 484. — med. plur. I in *μεσθα*, ut *βουλευόμεσθα* Cho. 720. Ag. 846. — *ἐφαρξάμεσθα* Ag. 823. — *πειρασόμεσθα* Ag. 850. — *πελαζόμεσθα* Sept. 144. — *ἠνειχόμεσθα* Ag. 905. — Ionica forma *ἔσσεται* exstat Pers. 121. — Uno loco habes apud Aeschylum *ἔσκε* Pers. 656, quam formam epicam — Jonicam in Sophoclis et Euripidis fabulis nusquam invenimus.

---

1) Cf. Max. Lechner, de Aeschyli studio Homerico. Gymnas. Erlang. progr. 1862. — W. S. Teuffel in prolegg. ad Persas. p. 22. ed. II. Lips. 1875.

2) Cf. Godofr. Hermannum in Eur. Bacch. praef. VII.

Quodsi ad infinitivi formam respicimus, Aeschylum credideris occasionem hac quoque parte orationis suae augendae ornandaeque non praetermisisse et varietatem, quae in illo formando in Homeri carminibus conspicitur, in diverbia aut cantica tragoediarum cupide et libenter transtulisse, uti Pindarum, Aeschyli aequalem, qui cum ipse quoque magnam dictionis partem ex Homero sumeret saepenumero antiquas infinitivi formas adhibuit: *ἔμμεναι* Pyth. 4, 60. — *βασιλευέμεν* ibid. 295. — *ἀποῤῥηγνύμεναι* ibid. 354.

Sed hac in parte veterum poetarum ratione derelicta Aeschylus populi sui consuetudinem mire servavit et retinuit.

Apud Homerum totam, ut verbo utar, historiam infinitivi Graeci invenimus ab orginibus perductam ad posterioris aetatis formas, quae tantopere degenerarunt, ut quae olim fuerint vix diiudicari possit.

Tria autem suffixa infinitivi Homerici plerumque statuuntur[3]):

a) *μεναι*, qnod in omnibus activi temporibus aoristo qui dicitur primo excepto, itemque in aoristis passivi usurpatur. Paucis in verbis cum pura radice coalescit, velut in *ἔδμεναι, ἔμμεναι, ἴμεναι.* In simplicibus vero verbis, quorum praes. ind. in *ω* exit, illa terminatio littera thematica *ε* cum radice coniungitur. Persaepe diphthongo *αι* abiecta oriuntur formae *βαινέμεν* etc.

Hanc tamen sententiam silentio praeterire non possum non iam ab omnibus viris doctis probari, qua de re conferas Curtium[4]): — »es ist mir jetzt sehr bedenklich, *μεν* auf *μεναι* zurückzuführen, und scheint es mir wahrscheinlicher, was auch schon von Anderen vermuthet ist, dass *μεν* ein blosses *ι* eingebüsst hat« (sicuti *ἐν* ex *ἐνί*, dativi in *οις, αις* ex *οισι, αισι* exorti sunt).

Ex hac deinde forma natum est illud *ειν*, quod iam apud Homerum longe usitatissimum est. Hunc quidem in modum huius suffixi originem explicant L. Meyer l. l. et »vergleichende Grammatik II, 281; Kühner, ausführliche Grammatik 1, 553.

Attamen etiam haec sententia olim omnibus probata hodie nonnullis grammaticis displicet, veluti Curtio redeunti in *σανι* suffixum, cuius litterae *σ* et *ι* remotae sint. Tum hunc habes progressum: [*λεγεσενι, λεγεσεν, λεγεεν*], *λέγειν*, qua deducendi ratione mira nascitur similitudo cum Latino infinitivo: legere et aoristo sigmatico Graeco: [*λεγσανι, λεγσαι*], *λέξαι.*

---

3) cf. Leo Meyer, der Infinitiv der homerischen Sprache. Ein Beitrag zu seiner Geschichte im Griechischen. Diss. inaug. Gott. 1856.

4) G. Curtius, das Verbum der Griechischen Sprache, seinem Baue nach dargestellt. 2 voll. 1873. 1876. vol. II p. 106.

Etiam in verbis syllaba *μι* finientibus varias illas formas reperimus: *ζευγνύμεναι, ζευγνύμεν, ζευγνύναι.* Curtius quidem l. l. II p. 99 contendit formas, quales sint *φάναι, τιθέναι, διδόναι, δεικνύναι* dialecto Homericae aeque incognitas esse ac Doricae et Aeolicae. Et de illis, quas attulit, recte vir doctus iudicavit, quoniam hi tantummodo infinitivi in lexicis Homericis proferuntur: *τιθήμεναι, διδόμεν* et *διδοῦναι· φάσθαι,* verbi *δείκνυμι* infinitivus apud illum poetam omnino non occurrit. At vero forma *ζευγνύναι* in libris exstat iamque a L. Meyero allata est.

Hanc eandem varietatem in verbis contractis invenimus: *οὐτάμεναι, οὐτάμεν, σιωπᾶν*; tamen in his quoque usitatiores sunt formae decurtatae, quae postea sunt unicae. Est enim infinitivorum praesentis apud Homerum ratio haec: 152 obvii sunt in *ειν*, 84 in *μεν, μεναι* exeuntes.

In aoristo forti et futuro eaedem mutationes conspiciuntur itemque in perfecto activi, nisi quod huius terminatio *εναι,* quae postea in usum recipitur apud Homerum nondum exstat, perinde atque apud Aeolos et Dorienses, de quorum infinitivis accuratius quaesivit Meister[5]).

b) *σαι* (— ad eandem radicem referendum est atque infinitivi in sê, qui in sacris Indorum libris inveniuntur —), suffixum aoristi primi activi, quod nunquam mutatum est cf. Curtium l. l. II p. 264.

c) *σθαι* terminatio omnibus medii infinitivis communis, quae et ipsa hanc suam formam semper servavit. Orta est e suffixo nominali dhi, non e radice verbali dhâ. Littera *σ*, quae in omnibus medii infinitivis conspicitur et ubi deest ex legibus sonorum Graecorum excidit, e radice »as« derivanda est, quam saepissime ad verbi formas gignendas adhibitam esse nemo est quin sciat. Peculiaris vis passiva a Graecis demum in hunc infinitivum illata est, ad quam ceterae omnes formae aeque idoneae fuissent cf. E. Herzog[6]) p. 8: »der Infinitiv ist seinem Ursprung nach indifferent gegen Activität und Passivität.« Consentaneum autem est cognationem, quae intercedit inter eas formas et formas mediales, quales sunt *φέρεσθον, φέρεσθε, φερέσθων* ad illam usus restringendi rationem multum valuisse (cf. Curtium l. l. II p. 115.), etsi cum Schleichero concludere non licet inde illud *σ* in infinitivum irrepsisse.

---

[5]) Curtius, Studien zur griechischen und lateinischen Grammatik Vol. IV p. 422.

[6]) Die Syntax des Infinitivs, quam commentationem legis in Annal. Fleckeis. p. 1 sqq. 1873.

§ 2. Quae infinitivi formae in Aeschyli fabulis inveniantur.

Iam vero priusquam ad hanc quaestionis partem progrediamur ne quis forte miretur, si posterioris aetatis in infinitivis formandis simplicitatem et quasi parsimoniam cum Homerici sermonis ubertate comparaverit opus est digitum intendere in eam formarum grammaticarum legem, quam, quod equidem sciam, in omnium gentium linguis cernimus. Tempore enim procedente non ut artes litterae, scientia doctrina crescunt, sic etiam numerus formarum augetur, quarum indigent ad effingenda et exornanda ea, quae excogitata et inventa sunt, sed e contrario mirum in modum imminuitur. Existunt quidem alia subsidia, sed ipsius linguae formae quo remotius tempus est eo pleniores et plures videntur esse et quo longius tempus procedit eo simpliciores fieri et ubertate superiore destitui. Intuere, quaeso, nostram linguam vernaculam, quanta sit singularum aetatum dissensio. Quantum nostri saeculi sermo a vetere dialecto Gothorum distat, quantum a dialectis temporum, quibus fuit Carolus Magnus sive Fridericus Barbarossa? Neque aliter sese res habet, si animum attendis ad linguam Latinam. Num exstant aurea aetate Augusti verba composita qualia sunt in fragmentis Pacuvi velut: incurvicervicum, num exstant genetivi formae, quales sunt apud Ennium (Annal. 421): vias, apud Plautum: Alcumenas, in inscriptionibus: Prosepnais (Ritschl, priscae Latin. monum. tab. XI.)? Ubique minutam potius, quam auctam esse copiam videmus.

Eundem igitur in modum etiam infinitivi terminationes mutatae sunt. Illis enim temporibus, in quae tragoediae primordia incidunt, unum quodque tempus unam certam formam sibi assumpserat, quae neque variari neque alia commutari poterat. Qui apud Homerum erant infinitivi in *μεναι* et *μεν* perierunt. Quae reliqua sunt suffixa ita distributa sunt:

praesentis infinitivus, si stirps praesentis consonanti vel *ι* sive *ν* littera finitur, non alia syllaba nisi *ειν* terminatur; verba in *μι* exeuntia *ναι* affigunt; verba contracta in syllabas contractas *εῖν*, *ᾶν*, *οῦν* desinunt, quarum formarum postrema apud Homerum in usu esse nondum coepit.

Futurum semper *ειν* stirpi suae apponit.

Denique perfectum activi *εναι* exitum adhibet, quo eodem aoristi passivi utuntur, in quibus cum *ε* littera thematica in *ῆναι* contrahitur.

Itaque si universa perlustrabis varietas quaedam orta est, sin vero singula tempora, quasi unum quendam aspectum praebent.

Hanc ipsam quam descripsimus aetatis recentioris rationem in Aeschyli fabulis invenimus. Veteres vero infinitivi formae plane repudiatae sunt ob eam scilicet causam, quod multitudini nimis obsoletae viderentur quaeque ferri non possent nisi in

carminibus epicorum modo compositis; quare certos fines terminosque poeta sibi constituit.

Infinitivi Aeschylei formae ut cognoscatur quanto opere cum Atticis congruant exempli causa nonnullos infinitivos subiciemus eorum temporum, quorum apud Homerum multiplices exstant formae: *ἐξοπλίζειν, ἐνδακρύειν.* — *μητροκτονεῖν, θρασυστομεῖν.* — *σιγᾶν, συλᾶν.* — *μεσοῦν.* — *πιμπράναι, ἀνιστάναι.* — *περιβαλεῖν, λαχεῖν.* — *πεπτωκέναι, τεθνάναι.* — *ἐκτολυπεύσειν, θεσπιῳδήσειν.* — *μιγῆναι, θεῖναι, δοῦναι, φῦναι* (Ag. 1342. Pr. 969). —

ἀντιωθῆναι (Suppl. 389), *μιχθῆναι* (Suppl. 295), *ξενωθῆναι* (Cho. 702), *θρασυνθῆναι* (Suppl. 772).

Ubiubi infinitivum aliter conformatum deprehenderis non abest suspicio quin editor erraverit neque poetae, sed editoris inventum subsit. Mirum in modum in editione G. Dindorfi[1]) tres loci reperiuntur, qui legi modo constitutae repugnant. Ac primum quidem duos infinitivos aor. I pass. dico: Sept. 1077, Suppl. 788, quibus in versibus scripturae exstant apud Dindorfium *κατακλυσθῆν, χριμφθῆν*, cum ex eo, quod dudum praecepimus, in *ηναι* hi infinitivi terminandi sint, id quod ex similitudine eorum quae enumeravimus exemplorum satis apparet.

Sed illae formae tantum abest ut Aeschyleae sint, ut ab uno Dindorfio in textum illatae sint neque in ulla alia editione legantur.

Pauci omnino sunt infinitivi qui in *ην* syllabam exeant. Et maxime quidem Aeoliis Lesbicis placuit, qui eam terminationis *ειν* loco usurparunt: *συμφέρην, ἀρκέην*. Neque a nonnullis Dorum gentibus hic usus abfuit, quoniam apud Lacones quoque exempla exstant.

Deinde in aoristis passivi Aeolii hoc exitu usi sunt: *μεθύσθην, ὀμνάσθην* (= *ἀναμνησθῆναι*), *ὀντέθην, στεφανώθην.*

Apud Homerum vero illius infinitivi ne tenuissimum quidem vestigium. Et si praeterire volumus, quod illud *ην* syllaba circumflexa esse non solet, id constat, Aeschylum ex fontibus tam remotis voces formasque non repetisse. Dindorfius lexici Aeschylei[2]) sub voce *κατακλύζω* nos ad ea relegat, quae s. v. *χρίμπτω* adnotaverit. Quo loco monet infinitivum aoristi cum apocope hoc in versu accipiendum esse; sic enim sese correxisse quod in *M* inveniatur: *πρὶν τῷδ' ἐχριμφθῆν.* Simulque id nos respicere iubet, de quo egerit s. v. *χρώς*. Sed ne hoc quidem loco novi quidquam additum est. Equidem libere confiteor his causis, quae potius causae nullae sunt, ut

---

[1]) Lipsiae 1874. editio quinta, ex qua numeros locosque numerabimus.

[2]) Lexicon Aeschyleum, edidit G. Dindorfius. Lipsiae 1876.

mutationes illas comprobem me adduci non posse. Etenim exempla earum formarum desidero, quae neque in uberioribus, quos inspexi grammaticorum libris neque apud Dindorfium inveniuntur. Quod cum ita sit ad considerandos pergamus versus ipsos simul cum eis, quae alii viri docti et in Aeschylo interpretando exercitatissimi de eis iudicaverint.

In versu Sept. 1077 solum formae *ἀνατραπῆναι* et *κατακλυσθῆναι* nobis traduntur. Hoc igitur loco ut tam mirificam formam in textum recipiamus fieri nullo pacto potest. Quare ab Hermanno et Ritschelio[3] ita versus constitutos legimus:

μετὰ γὰρ μάκαρας καὶ Διὸς ἰσχὺν | ὅδε Καδμείων ἤρυξε πόλιν | μὴ ἀνατραπῆναι μηδ' ἀλλοδαπῶν | κύματι φωτῶν | κατακλυσθῆναι τὰ μάλιστα. Dindorfius vero tres qui sunt extremi versus hunc in modum edidit:

μἀνατραπῆναι μηδ' ἀλλοδαπῶν | κύματι φωτῶν κατακλυσθῆν.

At verba *τὰ μάλιστα* in omnibus libris exstant neque otiosa esse mihi videntur, quippe quibus Eteocles (*ὅδε*) haud immerita laude efferatur.

Dilucidum vero est Dindorfium ad illam lectionem adductum esse mendosa in primo hemichorio versuum paucitate, de qua Hermannus in nota versui 1056 adjecta hoc dicit: »comparatio alterius systematis ostendit dimidium versum excidisse.« Quod igitur vitium ut curaret Dindorfius, extremis syllabis tribus omissis, verba *κοινὸν τόδ' ἄχος καὶ πόλις ἄλλως* in unum versum contraxit itemque *κύματι φωτῶν κατακλυσθῆν.* Iam vero omnes libri cum *τὰ μάλιστα* et infinitivum usitatum praebeant, alia profecto via ad locum sanandum ingredienda erit, quae quidem ab Hermanno in annotatione ad v. 1056 indicatur: »videtur autem excidisse *τῇ Καδμείων* vel, ut Ritschelius Sched. crit. p. 15. sq. coniecit *τῇ Καδμογενεῖ.*«

Hoc vero luce clarius videtur esse, eiusmodi loco ut Aeschylo formam tam inauditam et novam attribuat impelli editorem non debere, nisi forte alia argumenta accedant.

Contemplandus igitur alter locus est Suppl. 788. Quo in loco syllabarum dissensione ut aliquid novemus non cogimur. Dixerit autem aliquis causam novandi inesse in uno codice *M*, qui praebeat: *τῶδ' ἐχριμφθῆν Χροΐν.* Sed in hac tota fabulae parte illo libro absurdae atque ineptae lectiones traduntnr, id quod ex notis Hermanni satis superque elucet. Quare ut permulta quae corrupta sunt sarcirent nihil inexpertum viri docti omiserunt. Quo in conatu Dindorfius iterum ad miram illam infinitivi

---

[3]) In editione fabulae Sept. adv. Thebas. II. Lipsiae 1875.

formam confugit ob eamque solam tota emendandi ratio reicienda est, cum neque librorum auctoritate satis nitatur neque aliis locis defendi possit.

Tertius denique locus exstat in Cho. v. 808, ubi a Dindorfio haec verba scripta sunt: *εὖ δὸς ἀναδῦν δόμον ἀνδρός.* Libri vero omnes praebent *ἀνιδεῖν*, quod scholiastes quoque legit explicans: *ἀναβλέψαι.* Insolens sane illud verbum est et parum elegans, quod paullo post verbum simplex *ἰδεῖν* sequitur, quare ab Hermanno *ἀνιδεῖν* in *ἀνέδην* mutatum est, ut haec efficiatur sententia: fac ut domus viri libere et ipse (Agamemno) amicis oculis ex caliginoso velamine (sepulcri) aspiciat. Quod a Dindorfio *ἀναδῦναι* propositum est id ad sententiarum conexum optime quadrare nemo est qui neget; sed superflua existit una syllaba. Quam ob rem *ἀναδῦν* scribendum erat, »per apocopen dictum pro *ἀναδῦναι*« (lex. Aesch. s. v. *ἀναδύομαι*). Sed ne hanc quidem formam arripere licet. Nam pauca omnino sunt exempla infinitivorum aoristi secundi, qui in litteram *ν* exeant, de quibus conferas, qnaeso, Curtium disserentem l. l. II, 103.

Haec tantum exempla ab eo proferuntur:

παρῆν = *παρεῖναι.* — *δῦν* = *δῦναι* (de forma simplici, non de compositis mentio fit)

φῦν, forma valde dubia apud Parmenidem p. 65, ubi in codicibus falsus hic versus: *ὕστερον ἢ πρόσθεν τοῦ μηδενὸς ἀρξάμενον φῦναι.*

Aeque dubius est infinitivus *πῖν* in Anth. XI, 140, ubi veri similius est legendum esse *πιεῖν* cum synizesi.

Bis denique *δοῦν* invenitur ante vocales, quare elisionem statuere praestabit.

Quid ergo? num ad eiusmodi formam decurrere placet ad emendandum poetam, quem infinitivos ab reliquis poetis Atticis usurpatos ipsum quoque usurpasse sciamus? Equidem censeo, critici esse prius summa diligentia ac cautione quae ceteroquin poetae consuetudo sit inquirere, quam tales formas eligat, quibus loci corrupti sanentur. Itaque lex illa, quam in omnibus fabulis fragmentisque Aeschylum secutum esse diximus, Dindorfi editione aboleri nullo modo potest.

Caput II.
De syntaxi infinitivi apud Aeschylum.

§. 1. Quid statuendum sit de origine et vi infinitivi.

Natura infinitivi his demum decenniis postquam nova linguarum inter se comparatione multae artis grammaticae partes illustrari coeptae sunt, patefacta et perspecta est. Nostra igitur aetate inter omnes constat plurimisque similitudiribus demonstratum est hanc verbi formam, quae proprietate sua inter ceteras vel maxime excellit casum quendam esse substantivi verbalis, cuius ceterae formae omnes evanuerint, id quod nostris temporibus primum pronuntiatum est a Boppio in coniugationis systemate multoque iam ante nostrum saeculum a clarissimo Indorum grammatico Panini doctum erat cf. Iolly p. 49 [1]).

In ea lingua, in qua nostra quaestio versatur, ea tantum suffixa occurunt, quae vel locativum vel dativum designent cf. Curtium l. l. II p. 104. Nihil est autem, quod inter hos casus intersit, de qua re Curtius l. l. II p 107 hoc praecepit: »Natürlich würde von einem Bedeutungsunterschiede zwischen *μεναι* und *μεν* eben so wenig die Rede sein können, wie im Sanskrit zwischen den aus Dativen und den aus Locativen entsprungenen Infinitivformen.« Hunc quidem in modum quae olim erat inter viros doctos controversia optime componitur. Nam antea alii a solo dativo, alii a locativo infinitivum ducere solebant, ut quasi in duas partes viri docti discederent, quorum Boppius (gramm. compar. III, 323 sqq.), L. Meyer, Langius, Delbrueckius dativum, Curtius, Schoemannus, Schleicher locativum praeferrent, de qua dissensione ac discidio disputatum est a Curtio in explanationibus ad gramm. schol. scriptis[2]).

Quod cum ita sit infinitivus sic definiri potest, ut sit dativus vel locativus substantivi verbalis, multo tamen propius quam cetera omnia substantiva ad verbi naturam accedentis, id quod inde quoque sequitur, quod infinitivus temporum gradibus definitus est, ut infinitivi actionis infectae, perfectae, futuri, aoristi discernantur, deinde quod diversa actionis genera (*διαθέσεις*) ea forma exprimi possunt, ut sit infinitivus activi, passivi, medii; tum quod infinitivo posito subiectum semper indicatur[3]);

---

[1]) J. Iolly, Geschichte des Infinitivs im Indogermanischen. München 1873. Viam iam praeierat Eugenius Wilhelmus, de Infinitivi linguarum sanscritae etc. forma et usu. Isenaci 1872.

[2]) Erläuterungen zu meiner griechischen Schulgrammatik, ed. III. Prag. 1876.

[3]) Cf. G. F. Schoemann, zur Lehre vom Infinitiv. Annal. Fleckeisen. 1869, p. 216.

denique quod infinitivus non cum genetivo iungitur, sed cum iis casibus, qui verbum finitum sequantur.

Hinc concludi potest, quicunque infinitivi usum via et ratione descripturus sit, ei proficiscendum esse ab illa infinitivi origine et vi principali. Itaque L. Meyer in libro de Homerico infinitivo scripto, qui inprimis laude dignus est (cf. Iolly l. l. p. 71), totam infinitivi sxntaxin e natura casus dativi explicat, quo res longinquae et futurae exprimantur itemque finis, quem quis sibi proposuerit. Qui vir doctus quamquam omnes censet infinitivos dativi esse formas tamen recte quae sit genuina vis exposuit. Etenim locativo idem declarari potest, quod in dativo inesse ait L. Meyer. De qua similitudine praeter Curtii verba, quae supra (p. 10) in medium prolata sunt videas quae disserit Iolly l. l. p. 131: »vom Locativ gehört hierher vor Allem die Zielbedeutung.« Omnibus autem infinitivi Homerici structuris ex illo principio deductis L. Meyer eorum quae ostendit hanc facit summam: apud Homernm infinitivum nondum eas partes tenere, quas aetate provectiore, quippe qua generalis verbi sententia nulla notione adiuncta eo expressa sit (cf. Krüger § 26 A. 7[4]): »Der Infinitiv, den reinen, beziehungslosen Begriff des Verbums enthaltend«); sed Homeri temporibus multo certiorem eamque futuram in infinitivo inesse vim, quae quidem e natura casus exorta sit. Et maxime quae quis velit et quae fieri possint infinitivo significari. Denique e casus natura hoc quoque effici, nunquam infinitivum subiecti loco poni, qua de causa articulum, cuius posteriore tempore apud infinitivum usus latissime pateat, apud Homerum appositum nunquam esse.

Quod quamquam quaestione procedente elucebit in Aeschyli fabulis ut in veterum formarum locum recentiores substitutae sint, ita etiam syntaxin valde mutatam esse, tamen etiam nobis ordiendum esse censemus ab iis structuris in quibus pristina vis maxime eluceat. Hinc enim progressi qua ratione usus sensim et gradatim auctus sit atque amplificatus magis videbimus.

Itaque primum de eo infinitivi genere agemus, in quo facillime quam sit infinitivus cum substantivi casu cognatus cognoscitur quodque ad vetustissima tempora referendum est. (cf. Iolly l. l. p. 215).

---

[4]) K. W. Krüger, Griechische Sprachlehre für Schulen. ed. V. 1875.

§. 3. De infinitivo ab aliis verbis non pendente.

a) De infinitivo iussum aliquod et optatum significante.

Dativum eum esse casum diximus, quo finis quem assequi quis velit exprimatur eandemque vim in locativo inesse. Iam vero imperativi naturam cum accuratius examinaveris hoc verbi modo paene idem significari intelleges. Quidnam aliud est iubere ab aliquo fieri aliquid nisi quo spectet voluntas alicui edicere? Qua de causa in multis linguis solus dativus satis est ad imperium indicandum, velut Franco — Galli dicunt: »au feu!« vel nos vernacule: »Zum Angriff!« (Wilhelm l. l. p. 90). Infinitivo autem quoniam haec vis eadem attribuenda est non iam mirabimur imperativi loco haud ita raro infinitivum poni. Neque vero puerorum exemplo opus est ad huiusmodi constructionem explicandam, quos infinitivo ad omnia omnino exprimenda uti iure L. Meyer animadvertit. Est autem ille usus perantiquus, quippe quo syntaxis infinitivi Homerici cum linguarum Ariarum consuetudine quasi conexa sit quique in omnibus fere linguis Indogermanis inveniatur (cf. Jolly l. l. p. 215). Ac potest ex Homeri carminibus paene infinita talium constructionum copia afferri, quam ob rem Apollonius Dyscolus de constr. III, 44 hanc dicendi rationem ἔθος Homericum appellat. Ponitur autem apud Homerum et alterius et tertiae imperativi personae loco etsi saepius alterius personae vicibus fungitur. Quamquam hoc discrimen grammaticorum tantummodo inventum est; nam re vera certa persona menti non obversatur. Quid, quod in monumentis veterum Indorum eiusmodi infinitivi vel dativi casus cuiuslibet imperativi personae vices obtinent, ut quodammodo etiam prima sit imperativi persona.

Ex Homero exempli gratia hos congero locos: *B*, 75 *ὑμεῖς δ' ἄλλοθεν ἄλλοι ἐρητύειν ἐπέεσσιν.*

H, 79 *τεύχεα συλήσας φερέτω κοίλας ἐπὶ νῆας,*

σῶμα δὲ οἴκαδ' ἐμὸν δόμεναι πάλιν. (*φερέτω* et *δόμεναι* ad tertiam personam spectant cum Hector verba faciat ad *Τρῶας καὶ εὐκνημίδας Ἀχαιούς*).

In eiusmodi igitur structuris Kuehner verbum voluntativum supplendum esse arbitratur, velut ἔθελε, itemque L. Meyer ὄρσεο, ἴθι vel tale quid ut illos versus explicemus necessarium esse putat. Sed ellipsi minime opus esse mihi videtur. Etenim his infinitivis absolutis non simplex notio atque infinita indicatur, ut ait Herzog p. 18., ubi ellipsin statui iubet, sed regio, quo quis tendat aut id quod expetatur.

Viget autem huiusmodi infinitivi usus, quamquam pro altera tantum persona ibi usurpatur, in Attico quoque sermone, cuius apud Thucydidem, Platonem, Sophoclem, Demosthenem non ita pauca exstant exempla. Ac ne Aeschylo quidem incognitus est. Equidem quinque exempla inveni, quorum primum est in Prom. v. 712: *οἷς μὴ πελάζειν* (*οἷς* = *Σκύθαις*), *ἀλλ' ἁλιστόνοις πόδας* | *χρίμπτουσα ῥαχίαισιν ἐκπερᾶν χθόνα,*

quibus verbis Prometheus Ioni quo dirigenda via sit ostendit. Commutatus est hoc loco infinitivus cum imperativo: *θυμῷ βάλε* et coniunctivo aoristi particula *μή* adiuncta: v. 718 *μὴ περάσῃς*.

Sept. 75: *πόλιν ζυγοῖσι δουλίοισι μήποτε σχεθεῖν*, ubi iterum haec constructio cum imperativo commutatur: *γενέσθε* et aoristi coniunctivo: *μὴ ἐκθαμνίσητε*.

Cho. 307: *Ἀλλ', ὦ μεγάλαι Μοῖραι, Διόθεν | τῇδε τελευτᾶν, | ᾗ τὸ δίκαιον μεταβαίνει.* »iustum date eventum«.

Eum. 619: *τὸ μὲν δίκαιον τοῦθ' ὅσον σθένει μαθεῖν, | βουλῇ πιφαύσκω δ' ὔμμ' ἐπισπέσθαι πατρός.* Infinitivus enim *μαθεῖν* ad verbum *πιφαύσκω* (i. e. iubeo) se applicare non videtur, cum ad *ἐπισπέσθαι* tantum quadret. Hanc quidem divisionem eandem probat scholiastes adnotans: *κελεύω δὲ ὑμᾶς πεισθῆναι τῇ βουλῇ τοῦ Διός*, qua interpretandi ratione alter infinitivus ab altero plane segregatur, quare ita Latine vertendum erit: iustum hoc quantum valeat discite, iubeo autem obsequi vos etc.

Uno loco tertiae imperativi personae munere infinitivus fungitur: Cho. 613: *ἄλλαν δή τιν' ἐν λόγοις στυγεῖν | φοινίαν Σκύλλαν*, cum antecesserit in v. 602: *ἴστω δ' ὅστις* etc. Idem igitur significat *στυγεῖν*, quod *στυγείτω τις*: etiam iam aversetur aliquis in oratione etc., qua cum constructione conferas Il. *Γ*, 285: *Τρῶας ἔπειθ' Ἑλένην καὶ κτήματα πάντ' ἀποδοῦναι.*

In Ag. v. 144 H. Keckius in editione sua infinitivum pro imperativo restituendum esse existimat, alii aliter verba coustituunt, conferantur Hermannus et Enger. Dindorfius in editione Lipsiensi *κράναι* optativum esse censet. Quocirca huius loci rationem non habere satius fuerit.

Itaque apud Aeschylum infinitivnm bis pro imperativi numero singulari, ter pro plurali, quater pro altera, semel pro tertia persona usurpatum invenimus.

Artissime autem cum hoc usu eae cohaerent structurae, ubi res quae optatur ac precibus petitur infinitivo exprimatur. Nam optatum quodammodo iussum vocare licet, ut e contrario iussum in se continet optatum; est enim optatio imperativus lenissime pronuntiatus, imperativus optatio acriore ac vehementiore modo edicta; utraque dicendi sive cogitandi ratione id agitur, ut aliqua res petatur vel efficiatur. Huius quoque infinitivi usus vel apud Homerum exempla reperiuntur, velut *ρ*, 354: *Ζεῦ πάτερ, — — Τηλέμαχόν μοι ἐν ἄνδρασιν ὄλβιον εἶναι.* Kuehner etiam hic verbum optandi supplendum esse opinatur, ut *εὔχομαι*, vel imperativum, velut *δός*, quod nonnullis locis infinitivo praegreditur, ut *Γ*, 351: *Ζεῦ — δὸς τίσασθαι* et apud nostrum poetam Cho. 16: *ὦ Ζεῦ δός με τίσασθαι μόρον πατρός.* Eandem Dindorfius sequitur sententiam ad Sept. 75. (ed. Oxon.) et Eustathius ad Il. *B*, 412: *τὸ σχῆμα τῆς εὐχῆς Ἀτ-*

τικὸν λείπει τὸ δὸς ἢ ποίησον ἢ εὔχομαι. Attamen ne in hoc quidem dicendi genere eiusmodi verbis opus est, quod ab illo quem antea adumbravimus usu seiungi vix potest (cf. Krueger l. l. § 55, 1, A. 4: »absolut, gewiss ohne Ergänzung, gebrauchte man den Infinitiv auch zur Bezeichnung eines Wunsches (optativisch), als eine Art Ausruf.«

Apud Aeschylum igitur quinque in locis huiusmodi constructionem deprehendimus. Ac primum affero hoc exemplum: Sept. 253 *θεοὶ πολῖται, μή με δουλείας τυχεῖν*: ne contingat mihi servitus. Alterum invenitur in Aristophanis fabula Ranarum, in qua Dionyso iubenti: *Εὔχεσθε δὴ καὶ σφώ τι πρὶν τἄπη λέγειν* Aeschylus his precibus obsequitur: *Δήμητερ ἡ θρέψασα τὰς ἐμὰς φρένας | Εἶναί με τῶν σῶν ἄξιον μυστηρίων*, quos Aeschyli ipsius versus esse scholiastes affirmat.

In tertio explanando loco viri docti dissentiunt. Sunt verba in Suppl. v. 143 sqq. et repetita eadem in hemichorio altero v. 151 sqq.: *σπέρμα σεμνᾶς μέγα ματρός | εὐνὰς ἀνδρῶν, ἐή, | ἄγαμον, ἀδάματον ἐκφυγεῖν.* Quod enuntiatum Dindorfius in editione Oxoniensi itemque Hermannus (v. 125 et 135) referendum esse censent ad verba quae antecedant. Antecedunt autem in primo hemichorio haec verba: *τελευτάς—πατήρ | πρευμενεῖς κτίσειεν*, in altero: *ῥύσιος ἀδμήτας γενέσθω.* Et vero exstant apud Aeschylum huiusmodi infinitivi liberius additi, sed non ita saepe aliud adicitur subiectum. Unum tantummodo exemplum memoria teneo: Sept. 15: *πόλει τ᾽ ἀρήγειν καὶ θεῶν ἐγχωρίων | βωμοῖσι τιμὰς μὴ ᾽ξαλειφθῆναί ποτε.* Praeterea versuum illorum gravitas debilitari videtur, ubi Hermannum sequimur; nam homines vehementer commoti nequaquam uberiore genere dicendi uti solent, sed potius brevi et abrupto. Quapropter mihi altera arridet Dindorfi sententia in editione Lipsiensi prolata, in qua post *κτίσειεν* et *γενέσθω* interpunxit, ut verba preces sororum supplicum contineant.

Deinde commemorandus est Suppl. v. 635: *μήποτε πυρίφατον τὰν Πελασγίαν πόλιν | τὸν ἄχορον βοὰν κτίσαι μάχλον Ἄρη.* »ne unquam saevus Mars Pelasgorum urbem incendio deleat.«

Denique Cho. v. 368: *πάρος δ᾽ οἱ κτανόντες νιν οὕτως δαμῆναι*, ad quem locum scholiastes: *λείπει τὸ ὤφελον πρὸ τοῦ ἀποθανεῖν τὸν πατέρα.* Interpretandum est igitur cum Klausenio[5]): »potius utinam interfectores sic perissent.« Mirum quidem, quod nominativus subiecti positus est pro accusativo quem aliis eiusmodi locis invenimus. Accipienda autem constructio est anacoluthi instar, quasi verbum finitum sequeretur. Et exstant alibi quoque eiusmodi nominativi, velut Od. η, 311. ξ, 375. — Eur. Hel. 263.

[5]) In editione huius fabulae. Gothae 1835.

b. De infinitivo adverbialiter posito.

Infinitivus absolutus imperativi loco usurpatus cum magis magisque imminueretur alia infinitivi absoluti genera exstiterunt. Quorum in numero referendus etiam est ille infinitivus adverbialis qui dicitur. Apud Homerum enim nullum etiamnunc exemplum invenitur, cum aetate posteriore saepissime occurrat, in primis apud scriptores prosae orationis. Qua de causa hunc usum pro vetere habere atque ex principali infinitivi natura deducere necessitate non cogimur, sed similitudinem recentiorum locutionum in comparationem vocare licet. Itaque accusativo casu explicari solet, quo Graecos ad rationem adverbialem exprimendam saepissime usos esse satis notum est. (cf. G. Curtii gramm. § 564). Tales phrases partim articulum exhibent partim respuunt. Ac postea late patent eae structurae, in quibus articulus infinitivo annexus est, velut: *τὸ νῦν εἶναι, τὸ τήμερον εἶναι, τὸ ἐπ' ἐμοὶ (ἐμὲ) εἶναι*; apud Aeschylum nullum exstat exemplum.

Ceterae vero huiusmodi locutiones se ad originariam infinitivi significationem sane applicant, cum ita accipi possint, ut quae efficiantur et consequantur ex sententia antecedente exprimantur (cf. Iolly l. l. p. 220). Namque *ὀλίγου, μικροῦ δεῖν* recte sic vertes: ut paulum absit; *ἐμοὶ δοκεῖν*: ut mihi videatur, quod idem accusativo *γνώμην ἐμήν* significari potest. Et similiter explicandi sunt illa parvi ambitus enuntiata, quae verbis *φράσαι, εἰπεῖν* conformantur, sicut *ἁπλῶς εἰπεῖν, ὡς ἔπος εἰπεῖν*, quod Latine dicimus: ut ita, ut breviter dicam (cf. Iolly p. 221). Neque igitur quam Matthiae ingressus est via commendanda videtur, qui ellipsin quandam latere putat et verbo *ἔστιν* s. *πάρεστιν* ad explicandas eas constructiones utitur, quam ad sententiam adductus est locis, in quibus illud verbum invenitur, velut Cho. 976: *φίλοι δὲ καὶ νῦν, ὡς ἐπεικάσαι πάθη πάρεστιν*. Quam opinionem probat Herzog l. l. p. 18.

Tria afferri possunt e poeta nostro exempla:

Pers. 246 *ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖν τάχ' εἴσει πάντα ναμερτῆ λόγον*: at mox universam, ut opinor, orationem certam percipies.

Pers. 714 *διαπεπόρθηται τὰ Περσῶν πράγματ' ὡς εἰπεῖν ἔπος*: perversae, ut dicere licet, Persarum opes sunt. Ag. 1584 *πατέρα Θυέστην τὸν ἐμὸν ὡς τορῶς φράσαι — — ἠνδρηλάτησεν*: patrem meum, ut clare dicam, eiecit. Semel infinitivus omissus est: Pr. 46 *ὡς ἁπλῷ λόγῳ*, quod plane eodem modo dictum est quo nostrum: »mit einem Wort.«

Cavendum vero est ne his locis adnumeremus Ag. 868 *τέτρωται δικτύου πλέον λέγειν*. Obiter enim haec verba legenti in mentem venerit adverbialiter posita esse eodem sensu quo alibi *ὡς εἰπεῖν ἔπος*, praesertim cum ad simile optime haec interpre-

tatio quadret. Sed libros sermone Graeco compositos omnes evolve, nusquam solum *λέγειν* illum in modum adhibitum reperies neque alia verba leges nisi *φράσαι* et *εἰπεῖν*. Atque ne haec quidem usurpantur nisi apposita aut particula *ὡς* aut adverbio. Quare spreta illa interpretandi ratione alia via ineunda erit, quam ab Engero quoque initam videmus, qui infinitivum ad vocem *πλέον* referendum esse in adnotatione monet. Est autem propterea additus, ut notio illa ad sensus propius adducatur, quam nudo comparativo fieret. Multi occurrunt eius generis infinitivi, quos in extremo capite altero omnes ex Aeschyli fabulis collectos paullo accuratius examinabimus.

c) De infinitivo in exclamationibus usurpato.

Tertium denique est genus infinitivi absoluti, qui in exclamationibus exstat hominum valde excitatorum. Quam quidem constructionem concedendum erit, cum apud Homerum nondum reperiatur, ex natura dativi et locativi casus intellegi non posse, sed ex recentiore quam antea descripsimus infinitivi vi exortam esse. Is enim qui loquitur nihil aliud studet nisi ut quae in verbo insit notio eam in medio proponat. Quid ipse de re quae agatur cogitet quidve cupiat verbis ipsis non declaratur, sed ex sententiarum conexu coniciendum est. Itemque iis qui audiunt liberum quid sentire velint datur arbitrium.

Quodsi Aeschyli tragoedias perlustrabis duo invenies exempla, quorum notissimum est in Eum. v. 837 sq., ubi Furiarum chorus Minervae proposito acerbissime iratus hos effundit questus:

ἐμὲ παθεῖν τάδε, φεῦ, | ἐμὲ παλαιόφρονα κατά τε γᾶς οἰκεῖν | ἀτίετον | φεῦ μῦσος.

Possunt sane hi infinitivi referri ad verba *ἀτίετον μῦσος*. Nam in aliis quoque quae chorus vehementer commotus Minervae respondet, simplex enuntiatum reperitur, ut v. 778, 808. Nec *φεῦ* interiectio ne ita locum perciperemus impedimento esset, quum plerumque quidem exclamatio vel interrogatio cum hac voce ab Aeschylo consocietur, velut Ag. 1448 *φεῦ, τίς ἂν κτλ* — Sept. 1053 *φεῦ φεῦ, ὦ μεγάλαυχοι κτλ*; sed aliis locis tranquillior et planior oratio sequatur, ut Pers. 739 *φεῦ, ταχεῖα γ' ἦλθε κτἑ.* Verbum vero substantivum semper fere omittitur, ubi infinitivus tamquam subiectum pendet ab enuntiato quod adiectivo vel substantivo et *εἶναι* verbo continetur, ut Pr. 978 *νοσοῖμ' ἂν εἰ νόσημα τοὺς ἐχθροὺς στυγεῖν.* — Suppl. 995 *τὸ τ' εἰπεῖν εὐπετὲς μύσαγμά πως.* Nihil igitur obstaret, quominus ita in sermonem Latinum illos versus transferremus: »hoc me perpeti, vae, sub terris me habitare dedecus est et scelus abominandum.« Attamen nostro loco difficiliorem atque inusitatiorem explicandi rationem arbitror amplectendam esse, ut huic toti cantici parti maior insit concentus. Videtur autem exclamatio accomodatior esse et omnino magnae Furiarum irae et verbis

quae sequuntur: πνέω τοι μένος ἅπαντά τε κότον. Quare ut sic interpretemur versus proposuerim: me haec perpeti sub terrisque habitare inhonoratam atque invisam!

Alterum exemplum inest in Aegisthi verbis Ag. 1662 sq. ἀλλὰ τούσδ' ἐμοὶ ματαίαν γλῶσσαν ὧδ' ἀπανθίσαι | κἀκβαλεῖν ἔπη τοιαῦτα δαίμονος πειρωμένους, | σώφρονος γνώμης δ' ἁμαρτεῖν τὸν κρατοῦντα. In libris quidem haec exstat lectio: σώφρονος γνώμης δ' ἁμαρτῆτον κρατοῦντα. Latere autem in voce ἁμαρτῆτον vocabula ἁμαρτεῖν τόν iam Casaubonus vidit, quae sententia ab omnibus viris doctis probata in dubium vix vocari potest, ut certam beneque munitam habeamus scripturam. Iam vero plurimi editores his in verbis offenderunt et alium iis assignaverunt locum; neque enim verba quibus ipse vituperetur Aegistho attribui posse. Hermannus igitur post v. 1655 ea collocavit, Enger — Gilbert post v. 1651 lacunam explens verbis οὐκ εὐπρεπές vel similibus. Quae coniecturae quamvis sint speciose excogitatae magis tamen mihi placet Dindorfi opinio, non illa quidem in editione Lipsiensi prolata, in qua quo loco fuerunt eodem verba uno tenore scripsit nulla interpunctione addita — tum enim in illas difficultates, quibus Hermannus aliique ad mutandum commoti sunt, incurrimus — sed in editione Oxoniensi enuntiata, in qua ipsa quoque Aegistho tribuit verba, sed post vocabulum ἁμαρτεῖν interpungit. Quo facto bene regi oratio convenit, modo ut versum vocabulo expleamus opus est, quod significet λοιδορεῖν, ὀνοτάζεσθαι, velut ἀρωμένους vel, uti Blomfieldius proposuit, δ' ὑβρίσαι. Ita enim verba eo loco in quo tradita sunt integra servamus neque maiorem quam ceteri interpretes in verbo addendo licentiam nobis sumimus. Neque vero difficile est excusare verbositatem quam inesse in illa oratione dixerit quispiam. Quid? nonne hoc ex natura hominum fit, ut qui ira inflammati sint, ei quae animum pungant atque urant ea pluribus verbis exponant quam tranquillo animo fieri solet? Itaque nostro quoque loco infinitivus qui dicitur exclamationis optime se habere videtur, quem Hermannus et Enger evitarunt. Atqui ab Aeschyli sermone nequaquam alienum eum esse antea satis demonstrasse nobis videmur, quare hoc quoque exemplum ad illud infinitivi genus ascribere non dubitamus.

Quodsi ad eum de quo adhuc egimus infinitivi usum respicimus breviterque quae a nobis disputata sunt comprehendimus non eum tam angustis videmus finibus saeptum esse quam apud Homerum, qui nihil adhibeat nisi primum quod attigimus genus. Etenim Aeschylus etiam in phrasibus adverbialibus et in exclamationibus infinitivum usurpavit, sed tamen modicus ei est hic usus. Eas vero locutiones, quae articulo praeposito conformatae sunt omnino respuit atque evitavit.

---

§ 3. De infinitivo ab aliis verbis pendente.

a) De infinitivo epexegetico.

Consideranti mihi, qua via ab altero illo infinitivi genere transeam ad alterum peroptato is offertur infinitivus, qui ab alio enuntiato ita pendet ut quod iam dictum sit paullo accuratius describatur, qui pendet ita, ut quodammodo absolutus sit, quare a grammaticis interpretibusque infinitivus liberius additus vel similiter vocatur. Quem infinitivi usum ut omnino in linguarum Indogermanicarum monumentis antiquis (cf. Iolly p. 215) sic apud Homerum quoque vel maxime excultum invenimus; postea sensim pedetemptimque imminuitur. Est autem e dativi (et locativi) natura explicandus. Dativo enim casu ea iam supra docuimus significari, quae ex aliis consequantur, res conditionesque quae aliis efficiantur. Quae dativi vis dilucide apparet etiam in infinitivo post adiectiva et adverbia posito, in quibus gradus significatio inest, velut *τηλίκος, τόσος*, quae structura iam apud Homerum usitatissima est. Horum igitur infinitivorum in numer… etiam ille infinitivus epexegeticus ducendus est, qui apud Aeschylum non ita rarus invenitur. Adhibetur autem iis potissimum locis, in quibus quamquam ad sententiam illustrandam aliquid novi adiciatur necesse non est, tamen ut plenior orationi addatur sonus aliquot verba adiungenda esse poeta censet. Itaque spreta particula consecutiva quippe qua propria et peculiaris existeret enuntiati pars infinitivo utitur, quo nihil esse in utramque partem commodius potest, ne quid nimis arcte cum enuntiatione antecedente cohaereat neve nimis subtiliter ab ea discernatur.

Sed quid multis meis verbis opus est? Exemplis ex Aeschylo ipso petitis illius infinitivi natura facillime cognoscitur. Haec iam in medio proponemus.

Sept. 623. *σάρκα δ' ἡβῶσαν φύει | παρ' ἀσπίδος γυμνωθὲν ἁρπάσαι δόρυ*, quibus verbis iuvenilem senis Lasthenis vigorem poeta describit. Sententia prima ac gravissima continetur prioribus verbis, quae ut aliquid illustretur et exornetur infinitivus epexegeticus additus est. Hoc enim roboris exemplum et quasi imago ante oculos nobis proponitur. Latine vero verti non potest nisi aut vocabulo consecutivo et verbo finito aut plane nova enuntiatione.

Pers. 265. *ἦ μακροβίοτος ὅδε γέ τις | αἰὼν ἐφάνθη γεραιοῖς, ἀκούειν τόδε πῆμ' ἄελπτον.* Laxiore nexu hic quoque infinitivns cum verbis praegressis, ut pronomen *ὅδε* paullo certioribus finibus circumscribatur coniunctus est.

Pers. 593. *λέλυται γὰρ λαὸς ἐλευθερὰ βάζειν* liberatus est populus ut libere loquatur.

Suppl. 205. *φυλάξομαι δὲ τάσδε μεμνῆσθαι σέθεν | κεδνὰς ἐφετμάς* servabo imperia

ut memor sim — quo loco alterum verbum sufficeret ad idem eadem fere perspicuitate enuntiandum, sed more epicorum verbis non parcentium *μεμνῆσθαι* appositum est.

Suppl. 407. *δεῖ τοι βαθείας φροντίδος σωτηρίου | δίκην κολυμβητῆρος ἐς βυθὸν μολεῖν | δεδορκὸς ὄμμα μηδ' ἄγαν ᾠνωμένον* opus est profunda cura ut cernentibus oculis nec nimis vino gravatis in altum descendamus.

Ag. 620. *οὐκ ἔσθ' ὅπως λέξαιμι τὰ ψευδῆ καλὰ | ἐς τὸν πολὺν φίλοισι καρποῦσθαι χρόνον* non dixerim mendacia pulchra ut in longum temporis spatium fructus amicis existat.

Ag. 708. *ὑμέναιον ὃς τότ' ἐπέῤῥεπεν γαμβροῖσιν ἀείδειν*, qui infinitivus pronomini relativo supplementum additus est: hoc certe modo anacoluthon explicandum esse mihi quidem videtur.

Ag. 962. *οἶκος ὑπάρχει τῶνδε σὺν θεοῖς, ἄναξ, ἔχειν*: adhuc est domus (i. e. divitiae, opes domesticae), ut horum (i. e. stramentorum purpureorum) habeamus — quem ad locum Enger adnotavit: »der Infinitiv ist freier hinzugefügt, wie öfter im Griechischen, wo wir ihn mit: um dadurch, um damit, um darauf wiedergeben müssen.«

Cho. 70. *διαλγὴς ἄτη διαφέρει τὸν αἴτιον παναρκέτας νόσου βρύειν*, quem locum A. de Jongh[6]) ita interpretatur: »aerumnosa clades nocentem lacerat, ut morbo exundet invicto.«

Ibid. 370. *πάρος δ' οἱ κτανόντες νιν οὕτως δαμῆναι — θανατηφόρον αἶσαν πρόσω τινὰ πυνθάνεσθαι*: o si qui eum interemerunt antea sic periissent, ut fatum eorum mortale procul aliquis audivisset.

Ibid. 740. *κεύθουσ'* (sc. *γέλων*) *ἐπ' ἔργοις διαπεπραγμένοις καλῶς κείνῃ, δόμοις δὲ τοῖσδε παγκακῶς ἔχειν*: risum celans cum audiret res ita factas, ut bene illi, domui huic pessime sese habeant.

Ibid. 797. *τίς ἂν σωζόμενον ῥυθμὸν | τοῦτ' ἰδεῖν δάπεδον | ἀνομένων βημάτων ὄρεγμα*; Haec Dindorfi scriptura, quae codicum quoque est, intellegi non potest nisi e versu antecedente suppleamus: *προστιθείη μέτρον* et infinitivum explicativum subesse statuamus: »ut hoc solum rursus videat desinentium gressuum nisum servare mensuram« A. de Jongh.

Ibid. 995. *μύραινα γ' εἴτ' ἔχιδν' ἔφυ | σήπειν θιγοῦσ' ἂν ἄλλον οὐ δεδηγμένον | τόλμης ἕκατι κἀκδίκου φρονήματος* — quam puto alium non morsum tangere ut putrefaciat, quae est eius audacia impietasque. Paullo insolentior quidem est hoc loco

---

[6]) In editione huius fabulae. Traiect. ad Rhen. 1856.

collocatus ante participium infinitivus, cum alibi praecedat id verbum, quo sententia gravissima continetur.

Eum. 335. *τοῦτο γὰρ λάχος διανταία | Μοῖρ' ἐπέκλωσεν ἐμπέδως ἔχειν . . . . ὁμαρτεῖν κτλ.*: haec enim sors a fato attributa nobis est, ita ut eadem semper et immutata maneat. . . .

Huiusmodi infinitivis si negationem praeponere voles non particula *οὐ*, sed *μή* usurpanda est.

Sept. 15. *πόλει τ' ἀρήγειν καὶ θεῶν ἐγχωρίων | βωμοῖσι, τιμὰς μὴ 'ξαλειφθῆναί ποτε* — ne exstinguantur unquam honores.

Ibid. 1077. *ὅδε Καδμείων ἤρυξε πόλιν | μὰνατραπῆναι μηδ' ἀλλοδαπῶν | κύματι φωτῶν κατακλυσθῆναι.* — defendit urbem ne perverteretur neve peregrinorum unda virorum superfunderetur.

His vero structuris multo usitatior est alia, ut articulus *τό* negationi antecedat. De quo dicendi genere postea diligentius disquiremus.

b) De infinitivo post particulas *ὡς* et *ὥστε* posito.

Eodem modo quo infinitivus epexegeticus explicandus post *ὡς* et *ὥστε* infinitivus videtur, quibus particulis altera enuntiatio ab altera plerumque separatur. Apud Homerum quidem *ὡς* tantummodo significatione finali instructum est, quod nunquam tamen cum infinitivo coniungitur, sed cum coniunctivo sive nudo sive *ἄν* vel *κέν* amplificato et optativo, qui ipse quoque *ἄν* vel *κέν* secum aut habet aut non habet. *Ὥστε* vero apud Homerum longe plurimis locis particulae comparativae vices sustinet et cum *ὡς* commutari potest.

Duobus solum locis vi consecutiva uti videtur: Il. I, 42 *εἰ δέ σοι αὐτῷ θυμὸς ἐπέσσυται — ὥς τε νέεσθαι.* — Alter locus est Od. ρ, 21 *οὐ γὰρ ἐπὶ σταθμοῖσι μένειν ἔτι τηλίκος εἰμί | ὥστ' ἐπιτειλαμένῳ σημάντορι πάντα πιθέσθαι.*

Sed Odysseae versus a Lehrsio pro spurio habetur, Iliadis versus mutatur in *ἀπονέεσθαι*[7]) quia tam paucis exemplis ut voci *ὥστε* illam vim attribuat se moveri posse negat. Classenius vero[8]) his locis initium usus posterioris cerni contendit, quod idem Krueger statuit in gramm. II, 55, 3, 6. Quoquo modo haec res sese habet, id ex hac controversia apparet, consecutivam vocis *ὥστε* vim postea exstitisse, quam eundem usum particulae *ὡς*. Hunc autem usum ut intellegamus naturam atque originem vocabulorum in memoriam revocemus oportet. Iam qui arti etymologicae quae vocatnr operam navant viri docti docuerunt

---

7) De Aristarchi studiis Homericis p. 160.

8) Annal. philol. a. 1859. p. 303.

nos ὡς si veram rei rationem exigamus adverbium pronominis relativi esse et plane cum nostro »wie« congruere, quod item revocandum est ad formam relativam, uti ex veteribus concludi potest formis »weo, hweo, hvaiva.« Quocirca enuntiatum, quale exstat in Od. ϑ, 21 *καί μιν μακρότερον — ϑῆκεν ἰδέσϑαι, ὥς κεν Φαιήκεσσι φίλος πάντεσσι γένοιτο*, hoc fere modo dissolvendum atque illustrandum nobis est: proceriorem eum fecit, hunc in modum (quemadmodum): Phaeacibus omnibus adamari poterat. Quodsi *ὥστε* contemplamur quid aliud est nisi illud ὡς adiecta vocula enclitica *τε*, qua relativum ὡς cum verbis antecedentibus colligetur et ita quidem? His igitur adverbiis sive coniunctionibus nihil aliud fit, nisi ut novum aliquid sequi indicetur; constructio ipsa nequaquam mutatur et solus infinitivus ut ex dativi natura et vi consecutiva explicari poterat, ita etiam infinitivus potest post vocabula ὡς et *ὥστε*. Hanc quam protuli sententiam eandem amplectitur Herzogius l. l. p. 17, ubi de duobus quos commemoravimus apud Homerum infinitivis post ὥστε ita exposuit: « hier ist ὥστε wie sonst bei Homer Vergleichungspartikel und *νέεσϑαι* unmittelbar zu *ἐπέσσονται*, *πιϑέσϑαι* zu *τηλίκος εἰμί* in's Verhältniss zu setzen.«

Post Homerum autem ille usus longe lateque diffunditur. Sed tum modo infinitivus in usum vocatur, cum artissime altera cum altera enuntiatione copulanda est, ut quae sequantur subiungantur potius quam adiungantur. Ante indicativum vero Aeschylus hanc legem sibimet ipse imposuit, ut semper ὡς, nunquam ὥστε usurpet, cum ab aliis scriptoribus hae particulae promiscue adhibeantur. Ὡς quidem consecutivum cum indicativo omnino consociatum est paucis tantum locis, quos Wellauer in lexico Aeschyleo exscripsit, quorum certe unus ne est quidem in hoc ordine referendus. Nam etiamsi unum locum huc revocari posse concedimus (Pers. 726 ed. Dind. *ὡς ἰδεῖν τέλος κτλ.*), tamen alius quem affert locus non sub VI (»rem significans, quae ex altera sequitur, ita, ut«) sed sub I (»ut, quemadmodum«) enumerandus erat: Ag. 319 *λόγους ἀκοῦσαι — ϑέλοιμ' ἄν, ὡς λέγεις, πάλιν*, ubi Dindorfius pro ὡς legendum esse censet οὕς. In reliquis autem locis (Pers. 730; Prom. 156. Ag. 38) indicativus eadem de causa positus est, qua alias ponitur, ut quantum possit propria sua vi enuntiatum quasi nitatur atque ut altera pars eandem dignitatem habeat, quam habet altera. Quare eiusmodi enuntiatum in sermonem Latinum si transferre volemus, ex uno duo facere praestabit, ut distincte et suo quasi pondere quod sequitur eniteat.

Utrum vero nudus infinitivus adhibendus an ὡς ei addendum sit decerni non potest; hoc solum dicere licet particula apposita mentem ad id quod consequatur magis dirigi ac praeparari. Vere hoc dictum esse ut cognoscatur haec in medium profero exempla: Ag. 482. *τίς ὧδε παιδνὸς ἢ φρενῶν κεκομμένος | φλογὸς παραγγέλμασιν | νεοῖς πυρωϑέντα καρδίαν ἔπειτ' | ἀλλαγᾷ λόγου καμεῖν*; Quo cum loco conferantur hi:

Pers. 437. *τοιάδ' ἐπ' αὐτοὺς ἦλθε συμφορὰ πάθους | ὡς τοῖσδε καὶ δὶς ἀντισηκῶσαι ῥοπῇ.* — Eum. 427. *πῶς γὰρ τοσοῦτο κέντρον ὡς μητροκτονεῖν*; Quibus exemplis, ut *ὥστε* et *ὡς* inter se non discrepare intellegas addatur versus Ag. 1075: *οὐ γάρ τοιοῦτος ὥστε θρηνητοῦ τυχεῖν.*

Si in usum vocabuli *ὥστε* paullo accuratius inquirimus apud Aeschylum nusquam id occurrit dicendi genus, ex quo post comparativum *ἢ ὥστε* cum infinitivo consociatur velut in hoc exemplo, *ὁ χρόνος βραχὺς ὥστε ἀξίως διηγήσασθαι τὰ πραχθέντα.* Desunt etiam ei infinitivi qui paene eodem modo quo infinitivi post *ὥστε* usurpati explicandi sunt, infinitivos dico post *ἐφ' ᾧ, ἐφ' ᾧτε*, quae structurae a Curtio (Gramm. Graec. § 601) ita declarantur, ut idem valeant, quod: *ἐπὶ τούτῳ ὥστε.*

Altera particula cousecutiva *ὡς* post eas potissimum locutiones locum habere solet, quae gradus, ut ita dicam, significationem in se continent. Quare saepissime reperitur post adiectiva *τοσοῦτος, τοιόσδε* et eiusdem generis adverbia. Atque apud Homerum vel nudus infinitivus post eiusmodi vocabula usitatissimus est: apud Aeschylum vero semel tantum haec constructio invenitur post *ὧδε*, Ag. 482, quem locum iam supra (p. 21) laudavimus et exscripsimus; aliis qui exstant locis *ὥστε* vel *ὡς* infinitivo antecedit, ut Ag. 1075. Cho. 567. Eum. 427. Nudus sane infinitivus post *οἷός τέ εἰμι* et *οἷόν τέ ἐστιν* usurpatur, quae phrases eodem modo atque *ὥστε* conformatae sunt; obscurata tamen haec origo est usu posteriore, ut plane easdem partes quas *δύναμαι, ἔχω, ἐνδέχεται*, alia sustineant.

c) De infinitivi usu finali.

Huic autem usui consecutivo admodum vicinus ac finitimus finalis infinitivi usus existimandus est. Utrique enim eadem fere est natura cum etiam finis quem quis sibi proposuit, ad illud spectet quod tempore futuro consecuturum sit. Tantum inter hos infinitivos interest, quod infinitivo consecutivo consilii ratio nulla habetur, infinitivo finali ea significantur, quae ut fiant certo quodam consilio aliquis utitur. Qua de causa et in Latino sermone ad utramque rationem indicandam una exstat particula »ut« et in priscis linguae vernaculae monumentis vocabulum »daz« in utramque partem adhibetur, ut tum particula »daz« tum particula »damit« nobis sit vertendum.

Apud Homerum igitur hic usus finalis latissime diffusus est. Et maxime quidem ei placuit post verba movendi, ut quo consilio aliquid mittatur, iaciatur, moveatur infinitivo significetur, id quod saepe nostris hominibus supervacaneum et inane videtur esse, qui satis fecisse sibi videntur dum intellegatur quid dicant et unam dicendi laudem putant esse brevitatem. Declaretur res exemplo ex Homero petito. In Il. *Φ*, 120 verba *τόνδε ποταμόνδε ἧκεν* ad sententiam poetae perspiciendam prorsus

sufficerent, quippe quibus et actio indicata sit et locus quo tendat actio. Attamen Homerus *φέρεσθαι* addidit nec cuiquam dubium esse potest, quin huiusmodi infinitivus orationi epicae optime conveniat. Nam sic non solum initium et finis, sed etiam spatium interiectum describitur. Menti quidem ille quem priorem dicendi modum commemoravimus satis est, mente quod reliquum sit facile divinamus ac supplemus, sed oculi omnem illum cadendi motum requirunt. Itaque infinitivo res ad sensus propius admovetur. Simili igitur modo intellegendae hae locutiones sunt: *πνοιὴν προέηκεν ἀῆναι* — *πόδα ἧκε χαμᾶζε κεῖσθαι.* Huiusmodi autem infinitivus, quo quidem cur aliquid fiat indicatur, sed novi nihil nobis impertitur Aeschylo ut nimis epicus displicuit. Unum tantum eius structurae exemplum invenimus, in Ag. v. 1667: *ἐὰν δαίμων Ὀρέστην δεῦρ' ἀπευθύνῃ μολεῖν*: cum deus Orestem huc diriget ut veniat, quae dicendi ratio prope accedit ad Homeri illud: *βῆ δ' ἰέναι, βῆ δὲ θέειν.*

Paullo plura exempla apud Aeschylum eius sunt infinitivi, quo novi aliquid affertur, quod in verba finito non inest. Invenitur autem post haec verba hisque locis:

ἀνίημι Cho. 489. *ἄνες μοι πατέρ' ἐποπτεῦσαι μάχην.*

προστέλλομαι Sept. 415. *Δίκη νιν προστέλλεται εἴργειν-μητρί-δόρυ* propugnatorem eum mittit, ut arceat. Schol.: *εἰς τὴν μάχην.*

εἶμι Eum. 1008 *ἴτε τὸ μὲν ἀτηρὸν χώρας κατέχειν, τὸ δὲ κερδαλέον πέμπειν.*

σπεύδω Ag. 601 *πόσιν σπεύσω πάλιν μολόντα δέξασθαι.*

ὠθέω Pr. 666 *ἔξω δόμων τε καὶ πάτρας ὠθεῖν ἐμέ | ἄφετον ἀλᾶσθαι γῆς ἐπ' ἐσχάτοις ὅροις*, quo loco quantopere dativo affinis sit infinitivus *ἀλᾶσθαι* cernes et videbis si hunc contuleris versum Eur. Med. 1274: *Διὸς δάμαρ νιν ἐξέπεμψε δωμάτων ἄλῃ.* —

τάσσω Pers. 367 *τάξαι στῖφος ἔκπλους φυλάσσειν.* Eum. 488 *τάξω ⟨τοὺς δικαστὰς⟩ διαιρεῖν τοῦτο πρᾶγμα.* Eum. 639 *λεὼς ὅσπερ τέτακται τήνδε κυρῶσαι δίκην.*

Ut verba movendi sic etiam verba manendi infinitivus finalis sequitur:

ἔφημαι Eum. 630 *Παλλὰς οἵ τ' ἐφήμενοι ψήφῳ διαιρεῖν τοῦδε πράγματος πέρι.*

μένω Eum. 676 *μένω δ' ἀκοῦσαι.* ibid 732. Nec solum de personis hoc verbum usurpatur, sed ad res quoque transfertur, perinde atque in sermone Latino vocabulum »manet.« Suppl. 435 *παισὶ τάδε καὶ δόμοις — μένει δόρι τίνειν ὁμοίαν θέμιν* Easdem vices suscipit vox composita: —

ἐπαμμένει Pr. 606 *τέκμηρον ὅτι μ' ἐπαμμένει παθεῖν.* Pers. 807 *οὗ σφιν κακῶν ὕψιστ' ἐπαμμένει παθεῖν.*

στεῦμαι, quod propria consistendi vi abiecta iam Homeri temporibus in vim metaphoricam minitandi abiit. Sed ne apud Homerum quidem frequens est et his tantum formis utitur: *στεῦται* et *στεῖτο*. Apud tragicos vero nusquam reperitur nisi hoc uno loco Aeschyli: Pers. 49 *στεῦ ται* — *ζυγὸν ἀμφιβαλεῖν δούλιον Ἑλλάδι*

d) Ceterae infinitivi variae ac multiplices structurae quomodo sensim et gradatim exortae sint.

Ab iis igitur, quae sunt adhuc a nobis tractatae infinitivi significationibus cetera quoque, in quibus infinitivus in usum vocatur dicendi genera profecta sunt. Quae quem ad modum paullatim nata esse nobis videantur jam exponemus. Ac primum quidem consecutiva vis manifesta et aperta est in iis infinitivis qui usurpantur post verba quae significant: facultatem alicui facere, perficere ut aliquid fiat.

τίθημι quasi in ea conditione aliquem collocare, ut hoc illud accidere possit. Ag. 1037 *ἔθηκε Ζεὺς ἀμηνίτως δόμοις κοινωνὸν εἶναι χερνίβων* — ibid. 177. 1176 *ἀνύω* Pers. 721. — *ἐπικραίνω* Suppl. 15. — *περαίνω* Suppl. 463.— *ἐξαρτύω* Pr. 908 (*γάμον γαμεῖν ἐξαρτύεται*). — *φέρω* Eum. 831. *καρπὸν φέροντα πάντα μὴ πράσσειν καλῶς*. Eadem vis quae in *τίθημι* (cf. supra) apud Homerum in voce *ποιεῖν* inest, quod fortassis in frgm. 96 invenitur, ubi ex Plut. Moral. .p. 632 haec exstant verba: *εἴ τις ἀντιστρέψας αἰτιῷτο τοὺς Αἰσχύλου Καβείρους ὄξους σπανίζειν δῶμα ποιήσαντας, ὥσπερ αὐτοὶ παίζοντες ἠπείλησαν*. Tamen ex hoc loco non apparet eademne verba ab Aeschylo usurpata sint.

Illa perficiendi vis accuratius in verbis docendi et discendi definitur:

διδάσκω Pr. 10. — *ὀρθοδαής* Ag. 1023 (*τῶν φθιμένων ἀνάγειν τὸν ὀρθοδαῆ Ζεὺς — ἔπαυσεν*). Neque vero quorundam virorum doctorum sententiam silentio praeterire possumus, qui infinitivum cum *ἔπαυσεν* coniungendum esse censent. Tum *ὀρθοδαής* absolute, ut grammaticorum verbo utar, positum esset. Quae structura quia insolentior videatur quam quae probari possit Enger *Ὀρθοδαῆ* scribendum esse opinatur, quo sacrum nomen Aesculapi designetur. — *μανθάνω* Pr. 1068. Pers. 108. Eum. 86. 301. — *γιγνώσκω* Sept. 652 significans, quod *μανθάνω*. — *ὁδόω* Ag. 176 *τὸν φρονεῖν βροτοὺς ὁδώσαντα* i. e. qui viam praeiit, exemplo docuit cf. reliquos duos Aeschyli locos, in quibus haec vox invenitur Pr. 498. 813. —

Si quis verbis aliquem allicere ac movere studet, ut aliquid faciat, vis persuadendi et hortandi oritur: *πείθω*. Eum. 84. 724. — *αἰνέω* Sept. 596. Suppl. 1072. — *ἐπαινέω* Suppl. 996. Cho. 582. — *βουλεύω* Pr. 204. Eum. 700. — *ξύμβουλός εἰμι* Eum. 712. — *μυθέομαι* Pr. 665. — *εἰπεῖν* Suppl. 341. —

ἐξηγέομαι Eum. 589. — πιφαύσκω Eum. 620. — φράζω Ag. 236. — σημαίνω Ag. 29. — ἀπαγγέλλω Ag 605. — φημί Cho. 1027. — λέγω Cho. 274. 583. Haud ita raro post eiusmodi verba imperativus adhibitus est, ut si magis hoc tibi placet infinitivum pro imperativo quasi in oratione directa stare statuere liceat. cf. Ag. 1334. Eum. 539.

Dii oraculis ad suadendum hortandumque utuntur: χράω Eum. 203. — χρησμὸν ὀπάζω Eum. 623.

Ab his autem verbis paene nihil differunt verba iubendi: τάσσω Eum. 639. — κελεύω Cho. 769. — ἄνωγα Eum. 902. — ἐφίεμαι Cho. 1039. — ἐπιστέλλω Sept. 1012. — ἐπιστολὰς ἐφίεσθαι Pr. 4. — γνώμην λέγω Ag. 1349. — κέλομαι Ag. 1120. — ὀτρύνω Ag. 304. — ἐξοτρύνω Sept 693. — καλῶ Eum. 289. — προσαυδάω Ag. 514. — λόγον προφωνέω Pers. 366. — μαρτύρομαι Eum. 643 i. e. vos iubeo testes audire. — προτρέπω Pr. 990. — καταξιόω. Ag. 572.

Ex hac vero dicendi ratione infinitivus ad eum quoque usum progressus est, ut infinitivo non ea exprimantur, quae futuro tempore ex voluntate iussuve alicuius eventura sint, sed ea, quae sint praesenti tempore, ut verba dicendi utrique usui inserviant. Eadem autem ratio iis significari poterat enuntiatis, quae ex coniunctionibus ὅτι, ὡς et verbo finito constent et quae cogitentur vel dicantur indicent. Haec igitur structurarum commutatio notissima mox et usitatissima Graecis fieret oportnit. Simul autem tempora, quae in enuntiationibus verbo finito formatis iam pridem distincta essent in infinitivum quoque inferrentur necesse erat (cf. Herzog l. l. p. 31) Itemque cum hunc in modum infinitivi usus mire augeretur unus casus accusativus in infinitivi structuris constitutus est, qui antea post eiusmodi solum verbum, a quo pendere posset usurpatus paullatim ad eas quoque serpebat constructiones, in quibus si ad veritatem res exigeretur inanis esset accusativus. Itaque factum est ut accusativus c. inf. qui primum in eis tantummodo enuntiatis locum habebat, in quibus duo obiecta coniungebantur vel in eas structuras transiret, ubi subiecti loco infinitivus stare videtur.

Praeter illa igitur dicendi vocabula quae supra in medium protulimus, haec quoque ad rem affirmandam consilio voluntateque posthabita usurpantur: προλέγω Sept. 337. — αὐδάω Sept. 1042. — λόγος ἐστίν Suppl. 295. — λόγος τέτυκται Ag. 754. — προφωνέω Suppl. 617. — δικάζω Ag. 1412. (iudicium edico). — ἐστί φήμη Suppl. 760. — εὔχομαι Suppl. 536. i. e. gloriantem dicere. — κομπάζω Ag. 1131. — ἐπιλέγομαι Ag. 1499. — φάσκω

Cho. 277. — *ἐστὶ κλέος* frgm. 129[9]). — *λάσκω* Cho. 39. — *δόλος οὐδείς* Sept. 872. *κλάω, στένομαι καὶ δόλος οὐδεὶς μὴ 'κ φρενὸς ὀρθῶς με λιγαίνειν* i. e. non profectò mentior, cum dico me etc. Post eiusmodi verba dicendi summa licentia haud raro ubi oratione directa poeta uti iam instituit infinitivus ponitur, velut Cho. 289, quo loco exsecrationes Apollinis describuntnr, nisi forte Dindorfio totam hanc fabulae partem vv. 274—295 interpolatam esse concedere volumus. Optimi enim codices quamquam indicativi *κινεῖ, ταράσσει* antecedunt infinitivum,non indicativum *διώκεται* exhibent cf. quod Klausenius sub textu ad v. 289 adnotavit.

Unus praeterea notatu dignus est locus Cho. 313, ubi vetus proverbium infinitivo exprimitur: *δράσαντι παθεῖν, τριγέρων μῦθος τάδε φωνεῖ.* Partim absolute hic infinitivus usurpatus est partim ad verbum *φωνεῖ* sese applicat; nam plane si enuntiatum a verbo penderet accusativus *δράσαντα* usurpari debuit.

Sed pergamus et redeamus unde digressi sumus. Ut aliqua res fiat non solum iussis ostendere hominibus possumus, sed etiam precibus. Quare infinitivus post has quoque voces invenitur: *λιπαρέω* Pr. 1004. — *αἰτέομαι* Pers. 216. — *εὔχομαι* Suppl. 674. — *ἐπεύχομαι* Eum. 979. — *κατεύχομαι* Cho. 138. — *ἐφυμνέω* Eum. 906. — *ἀρὰ* Ag. 1602 *οὕτως ὀλέσθαι πᾶν τὸ Πλεισθένους γένος.* —

Qui iam precibus ut aliquid faciat cedit is paratum sese ad rem esse dicit, eam mentem voluntatemque suscipit ut obsequatur. Qua de causa illis verbis adnumeranda haec sunt: *πληθύνομαι* Ag. 1370 *ταύτην* (sc. *γνώμην*) *ἐπαινεῖν πάντοθεν πληθύνομαι* h. e. inclinor, ut sententiam probem. — *κατορθοῦσθαι* Cho. 512 i. e. erigi, impelli. — *τλῆναι* Ag. 1091. — *θέλω, ἐθέλω* Pr. 201. Ad *θέλων* participium saepissime infinitivus ut vernacule supplendus est: Cho. 774. 814 itemque ad *χρῄζων* eadem vi instructum: Cho. 816. — *αἱρέομαι* Cho. 932. — *βούλομαι*, cui acrior inest sensus quam verbo *θέλω* quodque cum ter omnino apud Aeschylum occurrat semel cum infinitivo sociatum est: Pers. 215. — *μέλλω* Pr. 625 in eo sum, ut. — *μέλλω* Pr. 627 semper volo; itaque cum velle non sit facere cunctandi nascitur vis. — *παρασκευάζομαι* Ag. 353. — *ἥδομαι* Eum. 312. libenter volo. — *οὐκ ἐναντιοῦμαι* Pr. 787. — *οὐκ ἀνέχομαι τὸ μὴ οὐκ* Eum. 915. — *δίζημαι* Suppl. 821. — *ζητέω* Pr. 776. — *ἱμείρω* Pers. 233. — *μάομαι* Cho. 441. — *χρῄζω* quod vim cupiendi prae se fert et apud poetam nostrum usitatissimum est, velut sexies in una fabula Promethei reperitur: 233. 244.

---

9) In fragmentis numerandis Dindorfi secuti sumus editionem Oxoniensem.

284. 609. 701. 738. — ποθέω Pers. 542, — ὀργάω Cho. 454. — εὐθυμέω Suppl. 959. — ἔρως ἐμπίπτει Ag. 342. — ἕτοιμός εἰμι Ag. 790. — ἐράω frgm. 41. — φιλέω Sept. 619. — ἔρως λαμβάνει frgm. 41. — ἀξιόομαι Eum. 425. — μέμνημαι Suppl. 202, ubi imperativus μέμνησο idem significat quod βούλου. — τολμάω Pr. 299. — πειράομαι Pers. 850. Ag. 850, quo loco Dindorfi lectio πειρασόμεσθα πῆμ' ἀποστρέψαι νόσου coniectura nititnr Porsoni, quam etiam Blomfieldius, Scholefieldins, Wellauer receperunt. Atvero nihil obstat quominus librorum scripturam retineamus: πήματος τρέψαι νόσον cf. Herm. not. ad v. 817. Neque tamen Engeri explanationem artificiosam sequi coacti sumus: »wir werden das Uebel angreifen, um die Krankheit zu entfernen.« Potius, ut fecit Hermannns, πήματος νόσον coniungere praestabit et hoc modo vertere: morbum mali removere conabimur. — οὐκ ἀρνέομαι Eum. 611. — οὐκ αἰσχύνομαι Ag. 857. — οὐκ ἐπαισχύνομαι Ag. 1373. — οὐκ ἀναίνομαι Ag. 1652. — ὀκνῶ Pr. 628. — πέφρικα Sept. 725. (verba verendi, reformidandi significant: non inclinatum esse, nolle.). — τρέμω Sept. 420. — φόβος μ' ἔχει Suppl. 380. — μέριμνά ἐστιν Pers. 167. — μένει μέριμνα Ag. 459. — αἰδέομαι Cho. 899. — αἰσχύνομαι Cho. 917. — δίεμαι Pers. 702. — οὐδαμῶς ἄνευ φόβου Ag. 924. — σέβομαι Pers. 694. — οὐ σέβω Ag. 1612. — μεταλγέω Suppl. 406. — φοβοῦμαι Cho. 46. — πολλὴ αἰδώς Ag. 1204. — ἀκόρεστον ἔφυ Ag. 1331. (semper cupere). — προτίω Ag. 788. — πλέον τιμᾶν Suppl. 1013. — εὔτυκον εἶναι Suppl. 973. (promptum esse ad) — κρεῖσσον οἴεσθαι Pr. 968. malle. — ἄτολμός εἰμι Pr. 15. — φόβον φέρω Ag. 1135. i. e. efficio ut reformidet aliquis etc. — ἀμφίβουλός εἰμι Eum. 733 i. e. dubius sum, modo hoc modo illud capio consilium.

Nonnulla horum verborum quae verborum auxiliarium partes tenent et modum agendi exprimunt, initio sine dubio pleniorem actionis vim habuerunt, id quod recentioribus demonstratum est quaestionibus etymologicis cf. O. de Golenski p. 11[10]) velut βούλεσθαι vim voluntatis e vi eligendi (radix est »var«), ἐθέλειν ex vi sustinendi duxit.

In eundem autem ordinem ac vocabula modo allata revocandae sunt hae locutiones: utile, inutile, jucundum est, quippe quae in studii, taedii notiones referri

[10]) De infinitivi apud poetas Latinos usu. Regimont. 1864.

possint. Quin etiam ex etymis vocum et originibus interdum hoc elucet, velut *βέλτιον* in eandem radicem ac *βούλομαι* redit. Enumeremus iam quae eiusmodi phrases in Aeschyli tragoediis legantur: *βαρύ* Pr. 17 (*ἐστίν* semper fere talibus locis omittitur). — *ἐλαφρόν* Pr. 263. — *ἐπαχθές* Pr. 49. — *ἀλγεινά ἐστιν* Pr. 197. — *ἄλγος* Pr. 260. — *αἰσχρόν* Pr. 1039. — *ἀεικές* Pr. 1041. — *οἰκτρόν* Sept. 322. — *νόσημα* Pr. 978. — *κλαυτόν* Sept. 334. — *ἄχθος γίγνεται* Ch. 841. — *πῆμ' ἔχει* Eum. 480. — *μύσαγμα.* Suppl. 995. — *βαρεῖα κήρ* Ag. 206. — *ἔκπαγλον κακόν* Ag. 862. — *οὐκ εὔφρον* Suppl. 378. — *ἀνάλωμα πικρὸν γίγνεται* Suppl. 477. — *δύστηνον θέρος* i. e. miserrimum est. Ag. 1655. *ἀλλὰ καὶ τάδ' ἐξαμῆσαι πολλά δύστηνον θέρος*, quae verba ita coniungenda esse Enger existimat: *καὶ τάδε πολλὰ ἐστιν ἐξαμῆσαι κτέ* »schon dies ist viel, eine traurige Ernte daraus zu haben«. Tamen mihi simplicius atque ordini vocabulorum aptius videtur, si *πολλά* adverbii *μάλα* vice fungens cum adiectivo *δύστηνον* consociandum esse statuamus. — *καθ' ἡδονήν* Pr. 260. — *κέρδος* Pr. 747. — *κέρδιστον* Pr. 285. — *ἀδύ τι* Pr. 537. — *γλυκύ* Pr. 699. — *πολλὴ χάρις* Ag. 550. — *τερπνόν* Ag. 902. — *θεός τε καὶ θεοῦ πλέον* Cho. 60, ubi pluribus vocibus et per ambitum verborum idem enuntiavit poeta, quod alibi uno verbo *κέρδιστον* (v. supra) significatur. Itaque Klausenius hunc locum sic explicavit: »eundem qui deorum est et maiorem etiam hominibus parat honorem«, digitum intendens in Homeri illud *θεὸς δ' ὣς τίετο δήμῳ.* — *θεοῦ μέγιστον δῶρον* Ag. 927 (idem fere quod *βέλτιστόν ἐστιν*). — *χάρις* Ag. 1303. — *πρόσφορον* Eum. 207. — *ξυμφέρει* Eum. 520. — *ἀρήγει* Eum. 571. — *ἄκος* Pr. 43. — *ἀρκεῖ* Sept. 248. — *ἅλις* Sept. 680.

Si quis ut aliquid faciat vi impellitur cogendi nascitur vis: *ἐπαναγκάζω* Pr. 672. — *ἐπείγω* Pr. 52. — *βίᾳ φέρομαι* Cho. 80 (de servis exponitur, qui ad oboediendum necessitate cogantur.). — *καταστρέφομαι* Ag. 956. — *χρή* Suppl. 763. — *δεῖ* Cho. 549. — *ὤφελεν*, ut optatum aliquod indicetur. Pr. 48; particula *εἴθε* addita est Pers. 917. — *χράομαι* Pers. 829. *σωφρονεῖν κεχρημένος* cui sapere opus est. — *ἀνάγκη* Pr. 72. — *ὀφείλεται* frgm. 382. — *ἔστιν* frgm. 369 (officium est) — *σόν* (sc. *ἐστίν*) Sept. 232. — *ἔργον ἐμόν* Eum. 734. — *χρεών* Ag. 922. — *δίκη ἐστίν* Ag. 259. — *νόμος ἐστίν* Cho. 94. — *μέλει* Ag. 1250. — *ἐστὶ πρός τινος* Ag. 1636. — *προσήκει* Cho. 173. Uno loco Ag. 1079 haec vox personaliter dicitur: *θεὸν καλεῖ οὐδὲν προσήκοντ' ἐν γοοῖς παραστατεῖν.* — *ἔστ' ἀναγκαίως ἔχον* Cho. 239. — *χρείαν ἔχειν* Pr. 169.

Neque ab hoc dicendi genere eae secernendae sunt locutiones, quibus decorum aliquid esse dicitur vel ut aliquis fiat esse tempus: πρέπει Eum. 185. — ἀκμή Ag. 1353. — ἀκμάζει Sept. 98. — καιρός Pr. 523. — ἔσθ' ὁ καιρός Cho. 710. — ἐστίν nonnunquam post dativum personae omittitur: Eum. 746. 747. ἡμῖν γὰρ ἔρδειν ἢ πρόσω τιμὰς νέμειν. — ἄριστα Sept. 186. — ἄμεινόν ἐστιν Suppl. 189. — κρεῖσσον Pr. 750. — καλόν Sept. 1011. ἔργον καλόν Sept. 583. — εὐσεβές Cho. 123. — εὐπρεπέστερον Cho. 664. — ἀριστεύει Pr. 890. — εἰκός Ag. 585. — ἡβᾷ Ag. 584. — κρατεῖ Ag. 1364. — θέμις Eum. 472. — δίκαιον Eum. 725. Hoc adiectivum ab Aeschylo etiam personaliter dicitur, quod a sermone Homerico alienum est (cf. Krueger gram. II, 55, 3, 11.) Eum. 56 καὶ κόσμος οὔτε πρὸς θεῶν ἀγάλματα φέρειν δίκαιος. — πρόσω δικαίων Eum 413. — ἄξιον Cho. 960.

Qui ut aliquid faciat aut probet in animum inducit is constituit rem, promittit, iurat: δόξα νικᾷ Cho. 683. — μεταγιγνώσκω Ag. 221. — ψηφίζομαι Ag. 1353. — ψῆφος κέκρανται Suppl. 943. — νομίζω Eum. 423. — ἐστὶν ἐν φρεσίν Cho. 705. — δικάζω Ag. 1413. — δοκεῖ μοι Eum. 309. — ἐπεξιακχάζω Sept. 635 — ἀπειλέω Sept. 441. — ὑπίσχομαι Eum. 807. — κατεύχομαι (promitto) Eum. 925. — ὄμνυμι Sept 530. — λόγον κραίνω Suppl. 609. — ξυνόμνυμι Cho. 959. — ὁρκωμοτέω. Eum. 766. — ἄραρέ τις ὅρκος Ag. 1285.

Ab iis autem verbis qualia sunt ψηφίζομαι, δόξα νικᾷ infinitivus latius manavit et post ea quoque in usu esse coepit, quae significant: verum ducere, opinari, ex quibus futura illa vis prorsus evanuit: οἴομαι Pr. 269. — δοκεῖν Pr. 436. — πέποιθα Sept. 37. — κρίνω Pers. 225. — δοξάζω Ag 673. — νομίζω frgm. 284. — θαυμάζω Ag. 1201. In hoc enim verbo latet: vix pro vero habere, vix credere possum vel tale quid. — οὐ θαῦμα Suppl. 513 i. e. non difficile est ad intellegendum. — ἔοικεν (videtur, putandum est) et aliae huius perfecti formae, Cho. 884 etc.

Quod quis fieri cupit, id simul eventurum esse sperat; spem ita definire possumus ut sit voluntas eventus verisimilitudine confidentior et alacrior facta. Atque verba sperandi et verba voluntatis quae dicuntur vi principali gemina quodammodo et simillima esse etiam quaestionibus eorum confirmatur, qui in enodandis vocabulorum originibus elaborant velut Curtius radicem Fελπ cum βούλομαι et Latina stirpe volup cohaerere docuit[11]).

---

[11]) G. Curtius, Grundzüge der griechischen Etymologie. p. 248 et 261.

Itaque infinitivus locum habet post haec apud Aeschylum vocabula: ἐλπίζω Ag. 1058. — ἐπέλπομαι Ag. 1033. — ἐλπίς ἐστιν Ag. 679. — εὐελπίς εἰμι Pr. 510. — προσδοκάω Ag. 675. — πέποιθα Sept. 445. — αὐχέω Pers. 741 i. e. sperans eloquor.

Quod numini ut fiat placuit sors, fatum vocatur, quare verba voluntativa hae quoque voces sequuntur: πέπρωται Pr. 815. — πεπρωμένον ἐστίν Pr. 753. — ἔστιν in Pr. v. 757 eodem significatu instructum videtur esse, quo aliis locis πέπρωται. — λάχη ἐκράνθη Eum. 348. — μόρσιμον Pr. 933. — Δίκα ἐπιῤῥέπει Ag. 250. — γίγνεται Cho. 386. — χρή in Cho. v. 203 idem significat, quod γίγνεται: εἰ δὲ χρὴ τυχεῖν σωτηρίας si ut incolumes simus contingit. — λαγχάνω Eum. 931. — μίμνει Ag, 1563. — σύγγονον Ag. 885. — συγγενές ἐστιν Ag. 833. — διαπάλλειν Sept. 731. — ἐστὶ προκείμενον Pers. 371. — μοῖρ' ἐπέσκηψεν Pers. 106 (Vox σκήπτω omnino poetae nostro ad casum, fortunam designandam probatissima est cf. Pers. 514. 740.) — μοῖρα ἐπέκλωσεν Eum. 335. — πάλος ἐπήδησεν Sept. 460. —

Consimili modo ad tempus futurum et ea quae posthac eventura sint verba permittendi, concedendi spectant: ἐάω Pr 384. — δίδωμι Sept. 421. — ἀντιδίδωμι Cho. 498. — τιμὴν ὀπάζω Pers. 762. — εἴργω Ag. 1027 (μή c. inf.) non admittere ut res fiat.

Si quis ad rem perficiendam aptus et idoneus dicitur haec usurpantur ab Aeschylo vocabula: δύναμαι Pr. 204. 914. Aliis locis ἔχω positum est, quod inprimis gratum acceptumque verbum Aeschyli videtur esse: Pr. 51. 264. 474. 683. 820 etc. Aliquotiens ἔχω propria sua vi habendi utitur ut in frgm. 196: ἑλέσθαι δ'οὔτιν' ἐκ γαίας λίθον ἕξεις· saepenumero utraque vis et habendi et potestatis coniuncta est, velut Pr. 51 κοὐδὲν ἀντειπεῖν ἔχω: nihil habeo quod dicam sive: nihil dicere possum, quo ex loco simul quem ad modum altera vis ex altera exorta sit clare vides. — ἔξεστιν Pr. 649. Usitatius autem hac voce est πάρεστιν (Ag. 368), pro quo haud raro solum invenitur πάρα (Pr. 54.) semel ἔνι Pr. 294. — ἔστιν Ag. 325, quod nonnunquam personaliter adhibetur, uti Pers. 419. θάλασσα δ'οὐκέτ' ἦν ἰδεῖν. Apud Homerum quidem verbi εἶναι usum multo latius patentem invenimus, quippe quod plane easdem partes susceperit, quas verba ἔχειν, δύνασθαι tenent cf. Il. I, 688: εἰσὶ καὶ οἵδε τάδ' εἰπέμεν. Secutus Euripides est Homerum. Aeschylus vero nihil huiusmodi dicendi generis in sermonem suum transtulit. — οὐδέν ἐστ' ἔξω δρόμου i. e. ἔξεστιν. Cho. 514. scholiastes ita explanavit locum: ἔξω τοῦ προκειμένου. Pindarus simillimam translationem usurpavit Pyth. XI, 39: ἔξω

πλόον. — σχολὴ πάρα Ag. 1056. — οἷόν τε Pr. 40. — οἷός τέ εἰμι Pr. 84. — δεινός εἰμι Pr. 59. — ἀμείνων εἰμί Pers. 698 (ἀμείνων ἔφυν Pr. 335). — φερέγγυος Sept. 396. — κυριός εἰμι Ag. 104. — ἐντελής Cho. 241. — ἔξοχος i. e. ἱκανώτατος Ag. 1622. διδάσκειν ἐξοχώταται ἰατρομάντεις. — σθένος Eum. 87 — δυσμηχανέω Ag. 1361.

Mentis facultas quibus exprimatur verba haec occurrunt: ἐπίσταμαι Ag. 1066. — οἶδα Pers. 479. Saepius tamen sub voce οἶδα notitiae quam facultatis notio subiecta est, ut vis futura eodem modo obscurata sit, quo evanuit post verba dicendi, putandi etc. Talibus vero locis etiam participium adhiberi potest: Ag. 680. 932. 1302. 1668. 1670. Eum. 222. Atque illum verbi οἶδα usum ea verba imitantur, quae sensuum actiones significant, si non ad ipsas sensuum perceptiones, sed ad ea spectatur quae post illas mente concludantur h. e. ad notitiam, quae sensu vel nascatur vel augeatur vel exstet ac si sensibus rem percepisses. Quare infinitivus post verba audiendi, videndi locum habet si dicendum est me quid scire quia audiverim, spectaverim sive me aeque scire ac si audivissem. Attamen ita fert natura rei, ut constructio participialis, qua propria sensuum actio indicatur, in frequentiore usu sit. Perpauca igitur infinitivi exempla post eiusmodi vocabula apud Aeschylum reperiuntur: ἀκούω Pers. 564. Suppl. 285. i. e. fama nuntius allatus nobis est. — ὁράω Pers. 189. τούτω στάσιν τιν' ὡς ἐγὼ 'δόκουν ὁρᾶν τεύχειν ἐν ἀλλήλαισιν, quo loco infinitivum ad verbum enuntiationis secundariae se applicantem habemus, quae mirifica structura praeterea uno tantummodo apud Aeschylum loco legitur: Pers. 564 sq. τυτθὰ δ'ἐκφυγεῖν ἄνακτ' αὐτὸν, ὡς ἀκούομεν. Eodem autem modo quo ἀκούω verbum πεύθομαι cum infinitivo coniungitur: Cho. 839. νέαν φάτιν δὲ πεύθομαι λέγειν τινάς novum ab hominibus quibusdam rumorem afferri ad me delatum est. Participialem praebet constructionem versus Cho. 763 τεθνηκότος δὲ νῦν τάλαινα πεύθομαι.

Neque aliter post φαίνομαι verbum infinitivus explicandus est, quod proprie significat: oculis conspicior, appareo; quo tamen ex aspectu cum sententia aliqua exoriatur φαίνεται paene eandem vim recepit quae inest in voce ἔοικεν. Pr. 216, 317 etc.

e) de infinitivo adiectivis, adverbiis, substantivis notionis explendae causa addito.

Denique ut commemoremus restat eos infinitivos qui adiectivis, adverbiis, substantivis adiuncti notioni explendae inserviant et propemodum cum dativo vel substantivi abstracti vel participii activi commutari possint. Qui usus vetustissimus est

iamque apud Homerum viget. Longe autem usitatissimi sunt infinitivi qui significant videre, audire, dicere: *οἰκτραῖσιν δ' ἰδεῖν* Pr. 238 visui s. cernenti miserandis. — *τευχηστὴς ἰδεῖν* Sept. 644. — *φοβεροὶ μὲν ἰδεῖν* Pers. 27. — *εὐφεγγὴς ἰδεῖν* Pers 387. — *ἐκφανεῖς ἰδεῖν* Pers. 398. — *διχοῤῥόπως ἰδεῖν* Ag. 349. — *ἰδεῖν ὁμόπτερος* Cho. 194. — *προσφερὴς ἰδεῖν* Cho. 176. — *ἄπτεροι ἰδεῖν* Eum. 51. —

Ex similitudine horum adiectivorum mira quam in Suppl. v. 720 invenimus structura prodiit: *ἄνδρες νᾶιοι μελαγχίμοις γυίοισι λευκῶν ἐκ πεπλωμάτων ἰδεῖν*, quasi antecessisset *λευκόπεπλοι* (ut Cho. 1049 Furiae describuntur voce *φαιοχίτωνες*, Eum. 375 Furiarum *ἔφοδοι* dicuntur *μελανείμονες*.)

εὐπροσώπῳ κοίτᾳ τὸ πᾶν ἰδεῖν ἀκοῦσαι θρεομένοις Cho. 969. situi lamentantibus omnino visu auditu grato. — *κάλλιστον ἦμαρ εἰσιδεῖν ἐκ χείματος* Ag. 900. — *κατιδεῖν ἄφραστοι* Suppl. 93. — *φοβερὰν ὄψιν προσιδέσθαι* Pers. 48. — *διπλᾶ δ' ὁρᾶν* Sept. 973. — *ὀλοὰ δ' ὁρᾶν* Sept. 994. — *ἐλεινὸς εἰσορᾶν ἐγώ*. Pr. 246. — *ἥδιον δρακεῖν* Ag. 602. — *δεινὰ δ' ὀφθαλμοῖς δρακεῖν* Eum. 34. —

Itaque de verbis videndi *ἰδεῖν* undecies usurpatum est, *ὁρᾶν* et *δρακεῖν* binis locis, *κατιδεῖν*, *εἰσιδεῖν*, *εἰσορᾶν* singulis locis; uno denique loco forma medialis *προσιδέσθαι* legitur, quae apud Homerum promiscue adhibetur pro formis activis.

καλὸν τ' ἀκοῦσαι καὶ λέγειν μεθυστέροις Sept. 581. — *διπλᾶ λέγειν* Sept. 973. — *ὀλοὰ λέγειν* Sept. 994. — *δεινὰ λέξαι* Eum 34. — *οὐ γὰρ ῥητὸν αὐδᾶσθαι τόδε* Pr. 766, ubi *ῥητόν* idem fere significat quod *θεμιτόν*. — *δίδυμα γοᾶν* Pers. 676. — *βοᾶν φοβερόν* Suppl. 890. — *αἰσχρὸς λακεῖν* Ag. 614. — *ἐσθλὸν ἢ κακὸν κλύειν* Pers. 248. — *ἄπιστα κλύειν ἐμοί* Suppl. 277. — *μεῖζον κλύειν* Ag. 266. — *δεινὰ τοῖς τεκοῦσι φροντίσαι* Pers. 245. — *εὔξυμβουλον δοξάσαι* Cho. 170. —

Praeter hos solitos infinitivos apud Aeschylum hi inveniuntur:

εὔβατος περᾶν Pr. 718. — *πάσχειν ἀλγεινός* Pr. 238. — *ἐμπέδως ἔχειν* Eum. 335. —

καλὰ καρποῦσθαι Ag. 621. quod alterum est exemplum passivi infinitivi (alterum Pr. v. 766 supra allatum est). In ceteris enim eiusmodi locis omnibus infinitivum activi reperimus, uno loco, Pers. 48, infinitivum medii *προσιδέσθαι*.

Alii quidem scriptores valde frequentes sunt in eo genere dicendi, ut infinitivum passivi hunc in modum adhibeant etiamque activi et passivi infinitivos proxime inter se coniungant velut Eur. Bacch. 1077 sq., ubi chorus Dionysum ita adloquitur: *φάνηθι ταῦρος ἢ πολύκρανος ἰδεῖν δράκων ἢ πυριφλέγων ὁρᾶσθαι λέων*.

Denique non absimili modo etiam substantiva saepenumero apud Homerum illos infinitivos adsumunt. Apud Aeschylum vero paucae huiusce modi structurae inveniuntur:

Pers. 210 *ταῦτ' ἔμοιγε δ ε ί μ α τ' ἔστ' ἰδεῖν, ὑμῖν δ' ἀκούειν.*

Ag. 1166 *θ α ύ μ α τ' ἐμοὶ κλύειν.* Sic Hermannus quoque scripsit; alii scripturam *θραύματ'* praeferunt quae inest iu Ven. Flor. Vict. quamque defendit Wellauer atque Enger in editionem recepit, quamquam quia mirificus inusitatusque sit numerus pluralis emendandum esse censet *θραῦμα δ'*. Haec etsi causa novandi esse non potest (cf. Pers. 210) acute tamen arguteque excogitata est mutatio propter antistrophae quae exoritur responsionem in v. 1176 *τέρμα δ' ἀμηχανῶ.*

Tertius locus exstat Pers. 284 *ὦ πλεῖστον ἔχθος ὄνομα Σαλαμῖνος κλύειν*, quae verba ita coniungenda sunt: *ὄνομα Σαλ. πλεῖστον ἔχθος κλύειν.* Abstractum autem quod nos dicimus nomen pro concreto accipiendum est, ut idem valeat quod adiectivum: *ἔχθιστον.* Qua de re quod Teuffelius ad hunc versiculum adnotavit conferas.

§ 4. De articulo infinitivo adiuncto.

Infinitivum si conceditur dativi vel locativi formam a verbo deductam esse perspicuum est neque genetivum neque accusativum articuli cum infinitivo consociari licere ac ne dativum quidem, cum plerisque partibus a substantivi natura illum abhorrere demonstaverimus. Ac re vera certo constat initiis linguae Graecae articulum ante infinitivum locum omnino non habuisse (cf. Iolly l. l. p. 234). Nam ex Homeri usu id quod volumus luculentissime efficitur et cogitur, apud quem vetustissimum sermonis auctorem eiusmodi genus dicendi nusquam occurrit, nisi forte unum locum urgeamus qui tamen recte nunc ab omnibus viris doctis comprehensus contra illud praeceptum non pugnat. Sunt enim quae offensionem habent verba haec ex Od. *υ.* 52: *ἀνίη καὶ τὸ φυλάσσειν πάννυχον ἐγρήσσοντα.* Sed iam nemo est quin voculam *τό* accipiendam esse sciat pro pronomine demonstrativo, quem articuli usum apud Homerum tam frequentem fuisse constat, ut multi interpretes superiorum inprimis temporum ab Homero articulum omnino abiudicaverint et ubi inveniatur pronomen demonstrativum subesse putaverint. Quapropter plane eandem illo loco structuram habes quam Od. *ι*, 3 *ἤτοι μὲν τόδε καλὸν ἀκουέμεν ἐστὶν ἀοιδοῦ.* Illud vero cum unicum sit exemplum ius potestasque nobis datur contendendi ante Homerum infinitivum cum articulo coniunctum nondum fuisse.

Posteriore autem aetate ut omnino latius manavit articuli usus etiam infinitivo adiungi coeptus est, ut infinitivum ac si quodvis esset substantivum declinatum videamus.

Quod quidem genus dicendi conicere licebit profectum esse ab ea articuli ratione, quam ad Odysseae locum exposuimus; articulus enim cum magis magisque vim demonstrativam abiceret et quas postea tenet vices susciperet, paullatim etiam illud ante infinitivum pronomen demonstrativum pro articulo accipi atque infinitivus tamquam substantivum indeclinabile immutari casibus solebat. Hoc certe dicere licet post Homerum tam frequenter hanc structuram usurpari ut praeparationi ubique articulum inservire stultum esset arbitrari. Quodsi qui Aeschyli usus sit quaerimus circiter quinquaginta locis hoc articuli genus invenimus; negatio in viginti tribus versibus adiecta est eaque semper *μή*; solum vocabulum *οὐ* nusquam occurrit, tribus tamen locis *μὴ οὐ*.

Iamque cum singula persequi adgredimur ab iis casibus ordiendum videtur, qui minime saepe a poeta usurpati sunt, a genetivo et dativo casu.

Genetivi enim duo tantum exempla afferri possunt:

Pr. 681 post verbum *ἀποστερίσκω* legitur: *ἀπροσδόκητος δ' αὐτὸν ἀφνίδιος μόρος τοῦ ζῆν ἀπεστέρησεν.*

Ag. 1369 a voce *δίχα* genetivus pendet: *τὸ γὰρ τοπάζειν τοῦ σάφ' εἰδέναι δίχα.*

Praepositiones autem cum genetivo infinitivi nullae iunctae sunt. Nam vocabulo *πλήν*, quod tribus locis infinitivo antecedit articulus additus non est:

Prom. 519 *τί γὰρ πέπρωται Ζηνὶ πλὴν ἀεὶ κρατεῖν;*

Eum. 125 *τί σοι πέπρακται πρᾶγμα πλὴν τεύχειν κακά;*

Eum. 737 *τὸ δ' ἄρσεν αἰνῶ πάντα πλὴν γάμον τυχεῖν.*

Nec minus rarus dativus infinitivi invenitur. Sunt enim hi quattuor loci;

Prom. 381 post praepositionem *ἐν*: *ἐν τῷ προμηθεῖσθαι.*

Ag. 252 post adiectivum *ἴσος*: *ἴσον τῷ προστένειν* (sc. *τὸ προκλύειν ἐστίν*).

Suppl. 802, ubi dativus qui vocatur instrumentalis exstat: *τῷ γὰρ θανεῖν ἐλευθεροῦμαι φιλοστόνων κακῶν.*

Frgm. 257 ubi quae enuntationis praegressae causa sit dativo additur: *τῷ μήτε χαίρειν μήτε λυπεῖσθαι φθιτούς* i. e. quia nec gaudent nec dolore gravantur mortui.

Saepissime autem subiectum articulo indicatur, quod quibus locis fiat iam enumerabimus:

βαρύ Ag. 466 *τὸ δ' ὑπερκόπως κλύειν εὖ βαρύ.* — *ἀκόρεστον ἔφυ* Ag. 1331. — *καλόν* Ag. 1610. — *ἀξίαν τριβὴν ἔχει* Pr. 637 i. e. dignum est quod ad commorandum homines commoveat. — *πρέπει* Ag. 941. — *νομίζεται* Cho. 423. — *κρατεῖ* Ag. 1364. — *θεός τε καὶ θεοῦ πλέον* Cho. 59. — *ἀκμή* Ag. 1353. — *δίχα* Pr. 927. Ag. 1369. — *κρεῖσσον* Pr. 624. frgm. 395. |

μύσαγμα Suppl. 995. — θεοῦ μέγιστον δῶρον Ag. 927. — πρὸς γυναικός ἐστιν Ag. 1636. — παροίχεται Ag. 569. παροίχεται πόνος, παροίχεται δὲ τοῖσι μὲν τεθνηκόσιν τὸ μήποτ' αὖθις μηδ' ἀναστῆναι μέλειν: mortuis ne surgendi quidem officium cordi est — cum μή adiectum sit propter negativam quae inest in voce παροίχεται notionem. cf. Enger ad v. 552.

Qui reliqui sunt loci accusativum articuli exhibent: τιμάω Suppl. 1013. (τιμάω hoc uno loco, alibi σέβω, προτίω ad hanc sententiam significandam adhibetur) — φάρμακον ἔχω Ag. 548. — προτίω Ag. 788, — σέβω Eum. 749. — ἐκβάζομαι Ag. 498. — ἐκμαρτυρέω Ag. 1196. — τλάομαι Ag. 1290. — γιγνώσκω Ag. 1425. — οἶδα Eum. 85. — μανθάνω Eum. 86. — ἀνέχομαι Eum. 915.

Praepositiones autem duas ante infinitivi accusativum reperimus:

πρός Cho. 417. πρὸς τὸ φανεῖσθαί μοι καλῶς.

παρά Cho. 959 κρατεῖταί πως τὸ θεῖον παρὰ τὸ μὴ ὑπουργεῖν κακοῖς. Attamen hanc structuram veri dissimile non est ex glossemate in textum irrepsisse.

Immanentis obiecti qui a grammaticis dicitur accusativus a ceteris poetis scenicis saepius articulo et infinitivo significatur velut a Sophocle O. R. 1416, Ant. 71, ab Eur. Hec. 356. Ab Aeschylo semel hunc in modum infinitivus usurpatus est: Eum. 652, ubi Furiarum chorus his verbis in Apollinem invehitur: πῶς γὰρ τὸ φεύγειν τοῦδ' ὑπερδικεῖς ὅρα vide quomodo quod ad evasionem attinet hunc defendas.

Itemque iis locis accusativum habemus, quibus quid ex sententia antecedente consequatur vocabulis τὸ μή et infinitivo exponitur. Hanc enim structuram iam supra docuimus promiscue pro nudo infinitivo epexegetico sive pro ὡς, ὥστε et infinitivo usurpari cf. A. Matthiae § 543: »in allen diesen Fällen könnte auch ὥστε statt τό stehen.«[12])

Pr. 236 ἐξελυσάμην βροτοὺς τὸ μὴ διαρραισθέντας εἰς Ἅιδου μολεῖν servavi ego homines ne iam ad inferos descendant.

Ibid. 866 μίαν δὲ παίδων ἵμερος θέλξει τὸ μὴ κτεῖναι σύνευνον unam filiarum desiderium permulcebit ne coniugem interficiat.

Pers. 291 ὑπερβάλλει γὰρ ἥδε συμφορὰ τὸ μήτε λέξαι μήτ' ἐρωτῆσαι πάθη nimia est enim haec calamitas, ut neque narrari neque percontatione reperiri possit.

Ag. 15 φόβος παραστατεῖ τὸ μὴ βεβαίως βλέφαρα συμβαλεῖν ὕπνῳ, quibus verbis

---

[12]) A. Matthiae, ausführliche griechische Grammatik. ed. III. Lips. 1835.

quid ex timore sequatur, non quid metuatur describitur: prae metu oculos operire nequeo.

Sex praeterea alia exstant huius usus exempla: Pr. 919 (τὸ μὴ οὐ). Ag. 1171. 1589. Cho. 304. Eum. 220. 941. Sed quattuor illa descripsisse satis esse duco. Quodsi exempli gratia quem protulimus locum, Ag. 15 consideres articulus eodem modo adiectus est ut si dicatur: τοῦτον τὸν τρόπον. Constructionem igitur vides plane eandem manere, quae in aliis infinitivis consecutivis cernatnr. Quare in eiusmodi locis articuli pristina vis demonstrativa remansisse videtur; aliter enim quemadmodum structura sane mira explanari possit equidem non video.

Plurimum autem in articulo infinitivo adiungendo ei poetae sibi sumpsisse videntur, qui post ea quoque verba eo usi sunt, quae infinitivum quasi supplementum desiderant. Neque vero ceteri poetae tragici audere hoc dubitaverunt velut Soph. O. C. 442 post ἐθέλω, Trach. 545 post δύναμαι, Eur. Iph. A. 655 post σθένω articulum τό usurpaverunt. Ab Aeschyli sermone eiusmodi dicendi ratio prorsus aliena est.

Denique hac de praepositionibus ante infinitivum disserendi occasione data facere non possum quin usurpationem vocis πρίν explicem excutiamque. Quae particula infinitivo adiuncta non aliter mihi videtur posse intellegi nisi si statuamus, πρίν praepositionis aliquando vim habuisse eamque iam ante Homerum quidem exstinctam, sed ante verbum per omnia saecula vigentem. Consimilem Iolly quoque sententiam prae se fert l. l. p. 221, qui etiam ὥστε et πάρος eodem modo declarare conatur. Nos quid de voce ὥστε iudicemus antea enarravimus, πάρος ante infinitivum apud Aeschylum non legitur. Iolly igitur contendit falso illa vocabula etiam tum cum infinitivo adiuncta sint coniunctiones appellari, quippe quae cum vere adverbia sint non minus praepositionum quam coniunctionum significationem accipiant. Atque iam apud Homerum etsi non alias nisi adverbii partes tenet cum infinitivo coniungitur. Itaque concludendum videtur, πρίν (i. e. πρωΐν, in quo latet radix προ, de qua etymologia copiosius dixit Preuss p. 42 not.[13]) praepositionem quondam cum dativo fortasse iunctam fuisse, ut haec structura eodem loco et numero habenda sit, quo infinitivus post πλήν adhibitus. Quare quemadmodum πλήν in grammaticorum libris praepositio impropria dicitur eodem nomine quin vocem πρίν appellemus nihil obstat.

Apud Aeschylum octies hoc vocabulum cum tempore finito coniunctum invenitur; semel enim indicativus aoristi sequitur, Pr. 481, septies particula ἄν cum coniun-

---

[13]) C. Preuss, de enuntiatorum temporalium apud poetas tragicos Graecos usu ac ratione. Gryphiswald. 1864. Diss.

ctivo Pr. 165. 176. 719. 756. 991. 1027, semel in fragmentis, quibus omnibus locis vocabulum negans antecedit. Decies octies infinitivus in usum vocatus est et quidem quattuor locis post enuntiata privativa quae vocantur: Sept 1048. Suppl. 772. 799. Ag. 1067. Tredecim igitur locis enuntiata affirmantia praecedunt, quae est causa, cur in Herzogi opinione acquiescere non possim. Qui vir doctus l. l. *πρίν* et *πάρος* pro adverbiis accipienda esse censet; nam cum apud Homerum etiam ubi cum indicativo coniungantur adverbia sint, se non videre, cur infinitivo praegredientes hae voces aliud quid esse dicantur. Recte vereque nimirum *πρίν* ante verbum finitum esse adverbium iudicavit, sed ut etiam ante infinitivum ita intellegatur fieri nullo modo potest. Quadrat enim illa sententia in enuntiata, quae pendent a voce negante, sed quid fiet enuntiatis affirmativis? Herzogi modo interpretari possumus locos qualis exstat Ag. 1066 *χαλινὸν δ᾽ οὐκ ἐπίσταται φέρειν, πρὶν αἱματηρὸν ἐξαφρίζεσθαι μένος* frena ferre nescit, antea (fiat, ut) sanguineam espumet violentiam. Sed quid tandem facere vis versibus qualis est Pr. 825 *ἃ πρὶν μολεῖν δεῦρ᾽ ἐκμεμόχθηκεν φράσω.* Herzogi enim si premere volumus vestigia ita vertendum est: ostendam quos perpessa sit labores et aerumnas, antea (fiat, ut, vel tale quid supplendum est, nam infinitivum absolutum notum est non usurpari nisi eo consilio ut futurum aliquid designetur) — antea, inquam, huc veniat. Huic vero versioni aut nulla omnino sententia inest aut contraria certe atque edere vult debetque poeta. Elucet autem, ut opinor, ex his exemplis, inde viri docti errorem ortum esse, quod rationem affirmativam prorsus neglexit et ex nonnullis de omnibus locis coniecturam fecit.

Quod apud Homerum iteratum hoc vocabulum legitur, ut in utroque enuntiato *πρίν* positum sit, nullum huiusmodi exemplum apud Aeschylum inveniri potest, quamquam interdum uti apud Homerum adverbii munere verbo non sequente fungitur, velut Pr. 700. Uno quidem loco *προπρό* easdem vices suscepisse videtur: Suppl. 788 *θέλοιμι δ᾽ ἂν μορσίμου προπρὸ τυχεῖν ἐν ἀρτάναις | πρὶν ἄνδρ᾽ ἀπευκτὸν τῷδε χριμφθῆναι χροΐ.* Tamen ne haec quidem scriptura libris manu scriptis nititur, sed a G. Dindorfio metro postulante in textum illata est, etsi a poetis tragicis nullo loco usurpata forma ab Apollonio Rhodio est petita.

Nunc quoniam quae de articuli ante infinitivum usu dicenda sunt in medium protulimus nostrum est eorum, quae de infinitivi apud Aeschylum syntaxi adhuc disseruimus summam facere paucisque quae efficiantur complecti.

Apud Homerum etiamsi maiorem simplicium verborum copiam, — conferas, quaeso, exempli causa verba hortandi sive verba orandi, quae utrique poetae placuerunt — apud Aeschylum variarum locutionum ante infinitivum invenimus: tamen in

universum contendere licet, genus vocabulorum et enuntiatorum a quibus infinitivus pendeat non ita multum ab Homero diversum esse. Homeri autem multis locis ubi nominativi vel accusativi vices infinitivus sustinere videtur plane incertum est sitne tunc temporis pro casu acceptus necne; certe dubium esse potest quid de locis iudicandum sit qualis legitur Il. K, 173 *ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς ἢ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος ἠὲ βιῶναι* vel Il. A 258 *οἳ περὶ μὲν βουλὴν Δαναῶν, περὶ δ᾽ ἐστὲ μάχεσθαι*, ubi Herzogius l. l. p. 16. 17 subiecti et accusativi rationem dilucide apparere dicit. Atvero idem vir doctus paullo post (p. 17) confitetur, quod proxime illinc consequatur id ab Homeri sermone adhuc abesse, cum aliae casuum formae articulo apposito insignes esse soleant. Meyer vero opinatur, ab Homero infinitivum subiecti vel obiecti loco nondum usurpatum esse. Quae sententia mihi quidem hoc sane iuvari videtur, quod adverbiis quae ipsa quoque casus quosdam esse constat Homerus articulum addere non dubitavit, velut *τὸ πρόσθεν, τὸ πάρος, τὸ πάροιθεν.* Propterea mihi satius visum est inter illas opiniones secum pugnantes medium quasi cursum tenere et in dubio relinquere ab Homero infinitivus pro casu sit acceptus necne.

Ad Aeschylum autem si respicimus eius temporibus hoc factum fuisse satis superque crebro articuli usu confirmatur. Quod vero genetivum et dativum usurpare poeta quodammodo reformidat huic rei non ita magnum momentum tribuerim quum fortuita esse videatur, nisi forte quod Krueger (gr. II, 50, 6) animadvertit huc referre libet: apud poetas lyricos articulum perraro infinitivo esse adiunctum nec facile *τοῦ, τῷ*, sed plerumque *τό* in usu esse.

Quodsi quis quaerit quid inter articulum adiectum intersit et omissum saepissime primo quidem obtutu perdifficile erit certo dicere, cur hic additus sit illic non sit. Quid igitur mirum, quod in libris grammaticis hae structurae parum distinguuntur? Velut Matthiae § 542 hoc praecepit: »oft ist es gleichgültig ob man den Artikel zum Infinitiv setzen will oder nicht.« Atque ut intellegas, quanta in discrimine definiendo difficultas posita sit haec tibi propono exempla:

Sept. 656 *ἀλλ᾽ οὔτε κλαίειν οὔτ᾽ ὀδύρεσθαι πρέπει.*

Ag. 941 *τοῖς δ᾽ ὀλβίοις γε καὶ τὸ νικᾶσθαι πρέπει.*

At in versuum conexum si altius descenderis observabis verba Eteoclis spectare ad certam ipsius calamitatem ad certumque temporis spatium quo lamentari non deceat, Clytaemnestrae verbis sententiam exprimi, quae non solum ad illud quo pronuntietur tempus valeat, sed omnibus temporibus omnibusque mortalibus destinata sit. Articulo enim addito infinitivus propius accedit ad substantivi abstracti naturam, unde fit, ut generalior vis in hac structura insit. (cf. Curtius gr. § 573).

Caput III.
De infinitivi apud Aeschylum temporibus capita selecta.

§ 1. Quomodo factum sit ut tempora infinitivi distinguantur.

Infinitivum quem nominis verbalis casum esse demonstravimus manifestum est primitus temporum differentia caruisse (Herzog l. l. p. 8 »der Infinitiv als vom reinen Verbalstamm gebildet ist zunächst indifferent gegen die Tempusunterschiede«). Atvero dixerit quispiam, num tu persuadere nobis conaberis tempora infinitivi a vetustissimis monumentis ac litteris, quas in manibus nos habemus, abesse? Nonne et praesentis et praeteritae et futurae actionis exstat infinitivus? Sed haec repugnantia offensionis nihil habere potest, si duo in usu infinitivi excolendo spatia internoscimus, quae iam supra cum accusativum cum infinitivo usum longius divulgatum explicaremus leviter attigimus. Initio quidem infinitivos habemus nec genere nec gradibus temporis distinctos. Deinde paullatim et genera et gradus accesserunt. Ac primum fortasse post aoristum praesentis infinitivus fictus et formatus est (cf. Iolly p. 232), ut actio vel conditio durans vel factum iterum iterumque repetitum ab actione momentanea discerneretur. Perfecti autem infinitivus ad actionem in se plane perfectam exprimendam additus est. Aoristi deinde infinitivum significatione amplificata quasi denuo Graeci effinxerunt, ut ad genus etiam gradus temporis accederet atque actio ante alteram facta indicari posset. Denique ut quod evasurum sit significetur futuri infinitivus exstitit.

Haec autem mutatio nimirum tum demum facta est, cum infinitivi structura cum iis enuntiatis commutari coepta est quae e verbo finito et coniunctione ὡς sive ὅτι composita argumentum explicationemque verborum antecedentium continent. Unde sequitur, ut novi illi infinitivi qui temporibus distincti sint locum non habeant nisi in accusativo vel nominativo cum infinitivo. De omnium autem apud Aeschylum infinitivorum ratione disputare cum et longum et supervacaneum sit de iis tantum paullo accuratius agemus, qui non ita frequentes inveniuntur. Quare ab infinitivo futuri exorsi quibus locis apud Aeschylum exstet enumerabimus.

§ 2. De infinitivo futuri.

Usitatissimus hic infinitivus post ea verba exstat quae ipsa sua natura ad tempus futurum spectare solent. Quorum in numero primum referenda sunt verba iurandi:

ὁρκωμοτέω Sept. 46. Eum. 766. — ἀραρέ τις ὅρκος Ag. 1285. — ξυνόμνυμι Cho. 989. Huiusmodi verbum ubi cum tempore praesenti coniunctum est hoc significat: aliquam rem fieri sive adesse sancte religioseque confirmare velut Sept. 530 ὄμνυσι δ' αἰχμὴν ἣν ἔχει μᾶλλον θεοῦ σέβειν ferocia iactat verba Parthenopaeus.

Deinde verba confidendi et sperandi:

προσδοκάω Pr. 930. 988. — πέποιθα Sept. 445. 525. Pers. 602. — ἐπέλπομαι Ag. 1033. — εὐελπίς εἰμι Pr. 510. — ἐλπίζω Pers. 746. Ag. 1058. Praesens vides Cho. 188. πῶς γὰρ ἐλπίσω ἀστῶν τιν' ἄλλον τῆσδε δεσπόζειν φόβης; quomodo (sperans) opiner alium quem civium cincinni huius dominum esse? Eodem modo hoc tempus Sept. 76 usurpatum est. — ἐλπίς ἐστιν Ag. 679. (Praesens Sept. 367).

Tum verba promittendi, minitandi, gloriandi et quae in universum dicendi vim prae se ferunt: ὑπίσχομαι Eum. 807. — στεῦμαι Pers. 49. Verbum ἀπειλέω Sept. 441 praesens sequitur πᾶν δρᾶν; minitabundus Capaneus exclamat sese eum esse, qui omnia perpetret. — ἐπεύχομαι Ag. 1263. — αὐχέω Pr. 339. 668. 689. 693. Pers. 741. Suppl. 320. Ag. 507. Praesens Ag. 1487. — φημί Sept. 427. Ag. 1246. 1615. Cho. 1027. Eum. 555 — φάσκω Cho. 277. Denique a verbis cogitandi, putandi futuri infinitivus pendet: οἴομαι Pr. 208. 269. Sept. 865. Pers. 749. — δοκέω Pers, 476. — ἔοικα Pr. 984. 1007. Sept. 545. Suppl. 909. Ag. 1083. 1161. 1181. Cho. 884. 922. Eum. 900.

Hoc in ordine etiam verbum μέλλω commemorandum est, quod quattuor locis cum infinitivo futuri consociatum invenimus. Quam structuram ex principali huius vocis natura reducendam esse constat. Atque olim quidem orta esse dicebatur e radice μαν (Benfey, Christ, L. Meyer), nostro tempore (Curtius Grundzüge etc. p. 309) in radicem σμαρ, μερ revocatur, in qua cogitandi notio inest. Quae vis si in verbo remanet eadem constructione μέλλω utitur, qua alia quae attulimus eiusmodi vocabula: δοκέω, οἴομαι etc. Cum vero sensim vim voluntativam susciperet factum est ut consimiles partes tenere institueret ac θέλω, βούλομαι, quae infinitivum futuri recipere nequeunt, id quod hodie certe inter omnes videtur exploratum esse. Nam etiam loci Thucydidei, e quibus olim viri docti talem usum eruere consueverant — velut Krueger gr. I, 53, 7, 11 Thucydidis locis nititur 4, 121, 1; 6, 57, 2; 6, 61 — recentiorum criticorum opera emendati sunt. Diligentissime hanc in rem inquisivit Forssmann p. 35—37[1]. Tamen Graeci veterem verbi significationem tam tenaciter

[1]) Theod. Forssmann, de infinitivi temporum usu Thucydideo, quam commentationem legis in »Curtius Studien« VI, 1. Lips. 1873.

servaverunt, ut longe plurimis locis infinitivus futuri sequatur. Nihil est igitur quo post *μέλλω* futuri et praesentis sive aoristi infinitivi differant, nisi quod futurum et rem durantem et actionem momenti spatio circumscriptam indicare potest; nam *ἄρξω* non modo significat: rex ero, sed etiam: regnum assequar. Quam ob causam futurum et aoristi et praesentis temporis vice fungitur, quorum utrumque uni certae significationi astrictum est. Aoristi unum apud Aeschylum legitur exemplum Pr. 625 *μήτοι με κρύψῃς τοῦθ' ὅπερ μέλλω παθεῖν.* Praesentis duo: Suppl. 1058. Ag. 974. Futuri denique quattuor: Pr. 638. 835. Cho. 668. 861. Eadem igitur inter illius vocabuli tempora intercessit ratio quae apud alios quoque scriptores et in oratione pedestri nobis offertur, velut ex Thucydide infinitivos futuri 77, praesentis 36, aoristi 4 enumeravit Forssmann.

Cunctandi notio si huic verbo subiecta est praesentis infinitivus adiungi solet, quem habemus Pr. 627 *τί δῆτα μέλλεις μὴ οὐ γεγωνίσκειν τὸ πᾶν*; Ceteris enim in quibus *μέλλω* occurrit locis infinitivus omissus est: Pr. 36. Sept. 98. Pers. 407. Ag. 290. 908. 1353.

Iam unus locus depravatissimus nobis traditus restat Cho. 417. In libris enim scriptum reperies: *ὅτ' ἂν δ' αὖτ' ἐπαλκὲς* | *θραρεαπέστασεν ἄχος* | *πρὸς τὸ φανεῖσθαί μοι καλῶς.* Quos versus desperatos Hermannus ita restituit, ut sententiam satis aptam et idoneam praebeant: *ὅταν δ' αὖτ' ἐπαλκὲς ἦτορ θαρσῇ, 'πέστασεν ἄχος πρὸς τὸ φανεῖν τί μοι καλῶς,* quae verba versibus opponuntur antecedentibus, quibus animi affectionum duarum, inter quas chorus fluctuet altera describitur. Scholiastae habemus explanationem: *πρὸς τὸ καλά μοι ἐννοεῖν.* Hoc loco mirum aliquid in futuri infinitivo inesse nemo erit qui neget, quum simplex qui vocatur infinitivus subesse videatur, qui temporum differentiam non admittat. Quae difficultas ne tum quidem tollitur, cum sicut fecit Dindorfius servamus scripturam *φανεῖσθαί μοι καλῶς.* Sed semel atque iterum versum perlegenti et qui subiectus sensus sit perpendenti fore arbitror ut bene omnia tibi procedant. Non est enim interpretandum: aegritudo desistit ad bonum eventum, sed potius, quod scholiasta quoque dicit: ad spem boni eventus. Nam hoc enuntiatum plane idem valet quod his significatur verbis: *πρὸς τοῦτο* (h. e. *πρὸς ταύτην τὴν ἐλπίδα*), *ὅτι καλῶς φανεῖται* (sc. *χρήματα* sive *τύχη*). Habemus igitur accusativum cum infinitivo etsi abditum quodammodo atque reconditum, quo continetur sententia adiectivo *δύσελπις* v. 413 contraria. Quamquam paullo rariorem atque insolentiorem nemo negabit esse hanc constructionem. Neque enim alio usquam loco infinitivo futuri ab Aeschylo articulus praepositus est, sed nusquam alibi temporis post articulum ratio habetur.

§ 3. De infinitivo perfecti.

Perfectum conditionem significat, quae postquam ea confecta est actio evadat quae stirpe vel nuda verbali vel praesentis exprimitur. Hoc enim nemini ignotum esse confido praeteriti temporis ne levissimum quidem vestigium huic formae subesse et valde esse cavendum ne cum Latini perfecti vi ac significatione confundatur. Itaque cuiuslibet perfectum verbi optime facies si novi verbi praesente transtuleris, quare Forssmann l. l. p. 10 in exemplis e Thucydide colligendis tempora praesentis et perfecti promiscue enumeravit et forma solum, non syntaxi distinxit. Nostra enim novum statum etiamnunc continuatum ac durantem cognoscere maxime refert, ut *πεπτωκέναι* idem fere sit quod *κεῖσθαι*. Atque eam tantum invenies differentiam, quod perfecto quem ad modum conditio praesens facta sit simul indicatur, ut duas quasi in uno verbo notiones intueamur: *πίπτειν* et *κεῖσθαι*, cum in *κεῖσθαι* illa cadendi vis prorsus neglecta sit. Tenendum quidem est ne Graecos quidem homines semper hanc perfecti naturam integram servasse, sed usum principalem ac genuinum inde a Xenophonte laxiorem fieri cf. Curtium in libri grammatici explanationibus p. 182 not. Aeschyli igitur aetate eiusmodi depravatio nondum cernitur ac conspicitur, id quod peculiari dissertatione demonstravit Brock[2]), qui de universa perfecti syntaxi disseruit. Infinitivos ego viginti inveni aut undeviginti, cum ab uno loco discesseris: frgm. 395 *τὸ μὴ γενέσθαι δ'ἐστὶν ἢ πεφυκέναι κρεῖσσον κακῶς πάσχοντα*, quod Euripidi potius quam Aeschylo Dindorfius censet tribuendum esse. Et mihi quoque haec opinio commendanda videtur propter sententiam Euripidis ingenio plane congruam cf. frgm. Eurip. 599[3]). Tredecim autem diversas formas illis locis collegimus, quae sunt hae:

πεπτωκέναι Sept. 462. Cho. 263. i. e. *κεῖσθαι* cecidisse et iacere.

ηὑρῆσθαι Pers. 743 i. e. *παρεῖναι* (*ἔοικε κακῶν πηγή*) inventus esse et prostare fons videtur.

πεπορθῆσθαι Ag. 591 i. e. *πεπορθημένον κεῖσθαι* vastatum iacere.

μεμνῆσθαι Pers. 287. Suppl. 205 in memoriam sibi revocasse memoremque esse.

σεσῶσθαι Pers. 737 servatum adesse, tametsi *πρὸς ἤπειρον τήνδε* appositum est, quibus in verbis relictum aliquid videmus eius actionis (*φυγεῖν*), ex qua orta est conditio quae etiam nunc manet. »In hanc terram effugisse et nunc tutum esse«

---

[2]) Leop. Brock, de perfecti et plusquam perfecti usu Aeschyleo. Diss. Vratislav. 1865.

[3]) Eurip. ed. A. Nauck. Lps. 1869. tom. III.

recte Brock p. 94 vocabulum interpretatus est.

βεβουλεῦσθαι frgm. 258. mente perpensum esse, ut nunc stet sententia.

ἱδρῦσθαι Pers. 231 ποῦ τὰς Ἀθήνας φασὶν ἱδρῦσθαι χθονός; Nihil dicendum erat de condenda vel condita urbe, sed de praesenti eius situ: ubi terrarum Athenas (conditas stare) sitas esse dicunt?

τετάφθαι Cho. 366. sepultum esse et nunc in sepulcro iacere. Libri quidem τέθαψαι exhibent, quod Clausen in commentario tueri conatur. Sed si responsionem quae intercedit inter Electrae Orestisque et alterum quod sequitur Electrae votum πάρος οἱ κτανόντες δαμῆναι respicimus, ubi scholiastae in codicibus adscripta adnotatio haec legitur: λείπει τὸ ὤφελες: etiam nostrum locum pro voto accipere praestare mihi videtur, ut alterae Electrae preces vv. 363 — 366 respondeant. Orestis verbis 345 sq., alterae v. 367 sq. novam Oresti opponant sententiam. Ostendit enim Electra cur illi precanti: εἰ γάρ etc. non assentiatur, sed potius hoc votis expetat: μηδ' ὑπό etc. Itaque vertendum erit: »utinam ne fatum fuisset sepultum iacere sub Troiae moenibus, sed potius etc;« nullo enim modo patris necem optabilem videri posse significat.

εἰργάσθαι Ag. 1346 (τοὔργον δοκεῖ) opus ad finem perductum et absolutum videtur esse.

πεποιθέναι Pers. 601. Cho. 297. Pr. 225 (τοῖς φίλοις) fidem amicis habuisse iisque iam niti.

τεθνάναι Ag. 539 mortem obisse et nunc mortuum iacere.

εἰδέναι Ag. 1196. 1369. 1371. frgm. 181 mente cognovisse et nunc scire.

ὀλωλέναι Pers. 446. periisse et nunc in mortuorum numero esse.

§ 4 De praesentis et aoristi infinitivis quae maxime notatu digna sint.

a. Hi infinitivi quo inter se differant iis ostenditur apud Aeschylum exemplis, ubi uno in enuntiato coniuncti sunt.

Iam reliqui sunt qui omnium longe creberrimi inveniuntur infinitivi, aoristi et praesentis. Qui disiungi vix possunt cum saepissime insignem inter se similitudinem prae se ferant. Ac quidem in praesente notio inest actionis durantis vel saepius repetitae, in aoristo momentaneae sive incipere haec sive semel nec saepius fieri dicitur. Consentaneum est autem saepenumero utrum infinitivum eligat prorsus poetae arbitrio permissum esse. De quo discrimine diligentissime a nostrae aetatis grammaticis tractato plura in universum disserere ab re esse duco. Tamen facere non possum, quin eos locos afferam Aeschyli, in quibus uterque usurpatus legitur. Namque his certissime

facillimeque illam differentiam perspicimus, quod tum certo quodam consilio alter uter adhibitus est, cum alibi saepe promiscue utrumque poni Kuehnero aliis grammaticis concedendum sit.

Eius igitur discriminis est vel maxime insigne hoc exemplum: Pr. 750 *κρεῖσσον γὰρ εἰς ἅπαξ θανεῖν ἢ τὰς ἁπάσας ἡμέρας πάσχειν κακῶς*, ubi diversitas appositis verbis *ἅπαξ* et *ἁπάσας ἡμέρας* clare elucet, ut paene paradigmatis instar hic locus esse nobis possit. (cf. Eurip. Iphig. Aul. 1261 *κακῶς ζῆν κρεῖσσον ἢ θανεῖν καλῶς*). Paullo obscuriora haec exempla sunt: Pers. 690 *οἱ κατὰ χθονὸς θεοὶ λαβεῖν ἀμείνους εἰσὶν ἢ μεθιέναι*, ubi et voce *λαβεῖν* et voce *μεθιέναι* de infernalium deorum more et instituto certiores nos poeta facit. Accuratius vero rem intuenti elucebit tibi punctum temporis comprehendendis hominibus consumi, simul ac mortui sint, aeternam in regionibus inferis mansionem imminere hominibus. Suppl. 450. *δεῖ κάρτα θύειν καὶ πεσεῖν χρηστήρια θεοῖσι πολλοῖς πολλά*. Nempe verbis *κάρτα θύειν* consuetudo quam asciscere opus sit significatur, altera enuntiati parte singula sacrificia cnmmemorantur.

Cho. 5 *κηρύσσω πατρὶ κλύειν, ἀκοῦσαι*, ubi vocabulum *κλύειν* vertendum est: audire, aufmerksamer Hörer zu sein, *ἀκοῦσαι* ita interpretandum est: auditu percipere, die vorliegende Sache zu vernehmen. — Eum. 430. *κλύειν δίκαιος μᾶλλον ἢ πρᾶξαι θέλεις*, ubi singularem actionem famae continuae contrariam esse facile tibi persuadebis: bene audire quam (data occasione) bene agere mavis.

Eum. 708. *ὀρθοῦσθαι δὲ χρὴ καὶ ψῆφον αἴρειν καὶ διαγνῶναι δίκην*, surgere opus est, calculum tollere, causam diiudicare. Priorum quoque duorum verborum aoristum putares locum hic habere. Neque enim minus actiones momentaneae sunt quam *διαγνῶναι δίκην* maximeque *αἴρειν* unius momenti videtur esse. Attamen ne hic quidem diversa tempora temere adhibita sunt. Praesente enim enuntiatur tarde diligenterque omnia secum reputantes iudices unum ex altero de subselliis surgere, deinde ad urnam accedere et caute cunctantes modo hunc modo illum calculum manibus prehendere velle et post aliquantum demum temporis certam quandam sententiam amplexos iam uno quasi ictu nodum solvere causamque discernere.

Eum. 714. *χρησμοὺς τοὺς ἐμοὺς — ταρβεῖν κελεύω μηδ' ἀκαρπώτους κτίσαι* iussa mea revereri iubeo neve inania reddere. Ita nobis vertentibus nequaquam in mentem venit inter pronuntiati partes discrimen statuere, quoniam ad certam causam dirimendam Apollo iudicibus quae lex sequenda sit illis verbis praecipit. Aoristi igitur duos infinitivos exspectamus. Sed qui animorum habitus per totum iudicii tempus esse debeat praesente poeta describit,

aoristo monet ne in una de qua agatur causa uno quasi momento legum sanctitatem obterant aboleantque.

b) Colliguntur loci, in quibus aoristi infinitivo res praeteritae significatae sunt.

Atvero non solum quae uno et eodem tempore, sed etiam quae ante id tempus in quod incidit oratio facta sunt infinitivo aoristi exprimi solent. Quam significationem satis manifestum est pristinae ac genuinae infinitivi naturae plane repugnare. Itemque notissimum est huius infinitivi formam ab illa vi omnino abhorere, quippe cui quae necessaria est nota augmenti desit. Sed ut verbum finitum significatu praeteriti quoque temporis instructum est etiam infinitivus, qui in oratione obliqua illius loco adhibendus erat, notionem illam ascivit. Quam ad immutationem haud exigui fuisse momenti credibile est, quod praeter purae stirpis verbalis aoristum mox et activi et passivi et medii aoristus compositus excoli et divulgari coeptus est, ut quamquam augmentum abesset tamen propter stirpis merae incrementum alienam notionem in illo sentire magis magisque in dies homines assuescerent. Itaque in accusativi cum infinitivo quas dicunt structuris huius exempla quaerenda nobis sunt et maxime quidem post verba declarandi et sentiendi.

Neque vero quibusdam locis facile est diiudicatu re vera tempus praeteritum subsit necne, velut Cho. 527, ubi Clytaemnestrae somnium a chori virginibus Oresti enarratur: *τεκεῖν δράκοντ' ἔδοξεν ὡς αὐτὴ λέγει* — v. 529 *ἐν σπαργάνοισι παιδὸς ὁρμίσαι δίκην.* Tum chorus pergit: *αὐτὴ προσέσχε μαστὸν ἐν τὠνείρατι.* Verbo finito demum, inquiat quispiam, *ἐν τὠνείρατι* adiectum est, quae antea infinitivis *τεκεῖν, ὁρμίσαι* dicta sunt somnio antecedere necesse est. Attamen reprehendi nequire opinor, si quis ita interpretetur versus: parere draconem sibi visa est et infantis instar incunabulis con ligare; nam qnae in somni tempus non cadant tam accurate exponi non solere. —

Eadem ambiguitas reperitur Suppl. 913 *ἀλλ' ἦ γυναικῶν ἐς πόλιν δοκεῖς μολεῖν*; an mulierum in urbem te venisse (venire) arbitraris? Utroque vertendi modo apta efficitur sententia.

Perlucida ac certa congero haec exempla:

Pers. 200 *καὶ ταῦτα μὲν δὴ νυκτὸς εἰσιδεῖν λέγω* sunt verba Atossae postquam cum senibus visa somniorum communicavit. Quam ad eandem rem pertinet v. 221 *Δαρεῖον, ὅνπερ φῂς ἰδεῖν κατ' εὐφρόνην.* Ac similiter ibid. v. 432 (*οἶδα*). 440. 736 (*φημί*). 564 (*ἀκούω*).

Prom. 503 *ἄργυρόν τις φήσειεν πάροιθεν ἐξευρεῖν ἐμοῦ*; quis argentum ante me a se dicet inventum esse?

Suppl. 295 *λόγος Ζῆνα — μιχθῆναι* Iuppiter cum Ione se iunxisse fertur. — ibid. 291 (*φημί*).

Ag. 1613 *σὺ δ'ἄνδρα τόνδε φῂς ἑκὼν κατακτανεῖν, μόνος — βουλεῦσαι φόνον* chorus exclamat, postea quam Aegisthus a se caedem perpetratam esse confessus est. Ibid. 635 (*λέγειν*). 1041 (*φημί*). 1342 (*εὔχομαι*).

Cho. 1027 *κτανεῖν τέ φημι μητέρ' οὐκ ἄνευ δίκης*, quae verba Orestes post matrem interemptam eloquitur.

Eum. 611 *δρᾶσαι γὰρ ὥσπερ ἐστὶν οὐκ ἀρνούμεθα* est profecto a nobis facinus commissum.

Cum hoc vero usu cavendum est ne commisceatur aoristus post *πρὶν* particulam positus, quem saepenumero et vernacule et Latine praeterito vel futuro exacto reddimus. Declaretur res exemplo Prom. 825 *ἃ πρὶν μολεῖν δεῦρ' ἐκμεμόχθηκεν φράσω* quae antequam huc pervenerit perpessa sit patefaciam. Ex iis enim quae supra de huius voculae natura atque origine in medium protulimus consequens est, ut temporis nusquam ratio habeatur, sicuti »ante adventum« cum dicamus tempus non respicitur. Potius ex praepositionum similitudine cum *πρίν* explicandum sit apparet simplicem qui dicitur infinitivum sequi debere. Neque diversus est locus Sept. 454 licet futuro exacto vertatur: *κεραυνοῦ — νιν βέλος ἐπισχέθοι πρὶν ἐμὸν ἐσθορεῖν δόμον*. Pariterque Sept. v. 285 interpretandus est. Omnino autem bis cum praesentis infinitivo *πρὶν* consociatum est: Suppl. 702. Ag. 1067; cum aoristo decies sexies: Pr. 825. Sept. 63, 285, 454, 1048. Pers. 502, 712. Suppl. 33, 40, 772, 788, 799. Ag. 1479, 1539, 1658. Cho. 575. Neque unde orta sit eiusmodi temporum ratio difficile est intellegere, cum nos quoque cum praepositione nostra »vor« punctum saepius incipientis temporis quam rem se explicantem coniungamus.

Videtur etiam Pr. 48. infinitivo aoristi res praeterita significari, ubi Vulcanus officium sibi perodiosum abominatus haec verba exclamat: *ἔμπας τις αὐτὴν* (sc. *χειρωναξίαν*) *ἄλλος ὤφελεν λαχεῖν*: o si alius quis adeptus esset artificium meum! Sed temporis indicium non in aoristo *λαχεῖν* quaerendum nobis est, verum in imperfecto *ὤφελεν*, post quod vocabulum simplicem habemus infinitivum: debebat adipisci.

c) Quibus locis infinitivus praesentis et infinitivus aoristi pro futuri infinitivo usurpati sint.

Tales structuras Forssmann l. l. p. 71 Madvigium secutus ex analogia verborum iubendi explanare studuit vel ita, ut supplenda sit aliqua notio velut: *εἱμαρμένον*

ἐστίν. Atqui retineri ego nequeo quin artificiosiores illos declarandi modos existimem quam qui omnibus probari possint. Hinc potius illam dicendi rationem deducendam esse putaverim, quod plane eodem modo positi sint infinitivi, quo verbi finiti praesens tempus de rebus futuris usurpari solet, ut alacriore cogitandi eloquendique ratione res quasi praesens describatur.

Praesentis infinitivum pro futuro usurpatum nullum apud Aeschylum inveni. In Choephororum quidem fabula primo obtutu eiusmodi exstare videtur exemplum v. 282, ubi quid Apollo minitatus sit enarratur: *λευκὰς δὲ κόρσας τῇδ' ἐπαντέλλειν νόσῳ.* Qui tamen locus non sic Latine transferendus est: fore ut cana fiant tempora, sed ita potius: canescere solere parricidae capillos. Perfacile autem hoc quoque loco in errorem rapimur: Sept. 749 (*Ἀπόλλωνος τρὶς εἰπόντος*) *θνάσκοντα γέννας ἄτερ σώζειν πόλιν*, quibus verbis non quid evasurum sit exprimitur, sed quid Laïus facere a deo iubeatur: ter Apollo imperavit ut liberis non procreatis urbem servaret.

Aoristi vero infinitivum compluribus locis futuri vim ascivisse videmus.

Pr. 668 *κεἰ μὴ θέλοι πυρωπὸν ἐκ Διὸς μολεῖν κεραυνὸν, ὃς πᾶν ἐξαιστώσοι γένος.* ubi Inacho Apollo Loxias minatur, nisi filiam domo expulisset totam gentem Iovis Tonantis fulmiue exstinctum iri. Quocirca *μολεῖσθαι* vel tale quid exspectamus, cui bene futurum *ἐξαιστώσοι* conveniret, sicuti Sept. 445 consimilis sententia sic effertur: *πέποιθα δ' αὐτῷ ξὺν δίκῃ τὸν πυρφόρον ἥξειν κεραυνόν.*

Sept. 789. *ἐφῆκεν πικρογλώσσους ἀρὰς καί σφε σιδαρονόμῳ διὰ χερί ποτε λαχεῖν κτήματα* cum acerbis exsecrationibus praedixit, manibus ferro armatis aliquando possessiones illos occupaturos.

Prima specie eandem fortasse temporum permutationem factam esse iudicabis Sept. 720—725 *πέφρικα τὰν ὠλεσίοικον θεόν — — τελέσαι τάς — — καταρὰς Οἰδιπόδα.* Etenim postquam Eteocles semet ipsum manus cum fratre conserturum professus est, mulieres Thebanae timere videntur ne infanda calamitas eventura sit. Sed hoc potius poeta dicit, chorum totam rerum conditionem praesentem patris exsecratione effectam esse censere: vereor ne Oedipodis exsecrationes iam nunc nimis vero eventu comprobentur.

Sept. 367. *ἐλπίς ἐστι νύκτερον τέλος μολεῖν*, quo loco quamcunque lectionem sequimur illam infinitivi aoristi structuram statuamus oportet: sperandum est (h. e. cum timore exspectandum) adfuturum esse noctis officium.

Suppl. 618 — *Ζηνὸς κότον μέγαν προφωνῶν μήποτ' εἰσόπιν χρόνου πόλιν παχῦ-*

ναι praenuntians nunquam post Iovis magnam iram (Iovem vehementer iratum) urbem fertilem opulentamque redditurам.

Ag. 675 Μενέλεων γὰρ οὖν πρῶτόν τε καὶ μάλιστα προσδόκα μολεῖν Menelaum primum rediturum tibi suspicandum est. In orationem directam ita fere enuntiatum transferri potest: προσδόκα· Μενέλεως πρῶτος ἀφικνεῖται i. e. ἀφίξεται.

Ag. 1653 δεχομένοις λέγεις θανεῖν σε quod te moriturum dicis (1651 οὐκ ἀναίνομαι θανεῖν sunt verba Aegisthi) bonum omen accipimus.

Itaque tribus in locis infinitivum μολεῖν, uno θανεῖν, uno λαχεῖν, uno παχῦναι eo quo diximus modo usurpatum invenimus. Quas formas cum perlustro nescio an insulsum non sit coniectare in illo usu amplectendo has ipsas voces alicuius momenti fuisse, quoniam certe θανεῖν et λαχεῖν formae longe usitatissimae sunt, θανεῖσθαι vero, μολεῖσθαι, λήξεσθαι itemque παχυνεῖν aliquanto rariores reperiuntur.

Index.

Vita.

Natus sum, Johann Karstens, Colmariae Holsatorum huius saeculi anno MDCCCLIII a. d. XIV Kal. Februarias, patre Friderico Christiano, matre Caecilia e gente van Drathen. Fidei addictus sum evangelicae. Usque ad aetatis annum XII postquam vici scholam publicam frequentavi, ecclesiastico vici a patrio non ita longe distantis traditus elegantiores quas dicunt disciplinas discere coepi. Anno sexto decimo exacto in gymnasii Altonani ordinem secundum receptus sum, cui nomen est Christianeum quodque Luchtio directore et tum florebat et floret hodie. Post quattuor deinde annos maturitatis examine perfunctus in universitatem litterarum Tubingensem commigravi vere anni MDCCCLXXIII, ubi scholis usus sum horum virorum doctorum: Herzog, Koestlin, Kugler, v. Roth, v. Noorden, Schwabe, Teuffel. Per tria semestria ibi commoratus me Lipsiam contuli, ubi institutus sum a viris doctis: Braune, Curtius, Fritzsche, Herman, Hirzel, Overbeck, Lange, Ritschl. Post bis sex menses inde me Kiliam converti et scholis interfui vv. ill: Forchhammer, Luebbert, Moebius, Pfeiffer, Pfleiderer, Thaulow, Weinhold, Volquardsen. Seminariorum denique exercitationibus interfui horum: Tubingensis, cuius moderatores erant vv. ill. Teuffel et Schwabe, Kiliensis philologici directoribus vv. ill. Forchhammer et Luebbert, Germanici, cui antea praeerat v. ill. Weinhold, nunc praeest v. ill. Pfeiffer. Quibus omnibus viris optime de me meritis non possum facere quin ex intimo animo gratias agam quam plurimas. —

Sententiae controversae

1. In Aesch. Ag. parodi parte priore (v. 40 sqq.) formas Doricas codicib nobis traditas eicere opus non est.
2. Improbo eorum ego sententiam qui Aeschyli fabulam Agamemnonis i gymnasiis nostris legendam esse putant.
3. Hor. carm. I, 12 vv. 37—44 secludendi non sunt, sed integri quo loco traditi sunt servandi.
4. Propert. I, 1, 19 supervacaneum atque inutile est cum L. Muellero »fallacia« mutare in »fiducia«.
5. Tria sunt carmina Heinrici de Veldegge, quae in uno eodemque amore describendo versantur, dico quae leguntur in primordiis poësis nostrae lyricae editis a. C. Lachmanno et M. Hauptio (ed. II. Lips. 1875) pp. 56, 1—57, 9; 57, 10—58, 10; 59, 23—60, 12.